equestris ordinis mutatum; de donis militaribus aureis et argenteis; quando primum corona aurea data; de reliquo usu auri, feminarum. (xiii-xxv) de nummo aureo; quando primum signatum aes, argentum, aurum; antequam signaretur, quis mos in aere; quae maxima pecunia primo censu; quotiens et quibus temporibus aucta sit aeris et nummi signati aestimatio; de cupiditate auri; qui plurimum auri et argenti possederint; quando primum argenti apparatus in harena, quando in scaena; quibus temporibus plurimum in aerario populi Romani auri et argenti fuerit; quando primum lacunaria inaurata; quibus de causis praecipua auctoritas auro; ratio inaurandi; de inveniendo auro; de auripigmento; de electro; primae aureae statuae; medicinae ex auro VIII. (xxvi-ix) de chrysocolla: ratio eius in picturis; medicinae ex chrysocolla VII; de aurificum chrysocolla sive santerna. (xxx) mirabilia naturae glutinandis inter se et perficiendis metallicis rebus. (xxxv-v) de argento; de argento vivo; de stimi sive stibi sive alabastro sive larbasi sive platyophthalmo; medicinae sive ex eo VII; de scoria argenti; medicinae ex ea VI; de spuma argenti; medicinae ex ea VII. (xxxvi-xli) de minio; quam religiosum apud antiquos fuerit; de inventione eius et origine; de cinnabari; ratio eius in medicina et in picturis; genera mini, ratio eius in picturis, in medicina; de hydrargyro. (xlii f.) de argento inaurando; de coticulis aurariis. (xlii-lv) argenti genera et experimenta: de speculis; de Aegypto argento; de inmodica pecunia; quorum maximae opes fuerint; quando primum populus Romanus stipem sparserit; de luxuria in vasis argenteis; frugalitatis antiquae in argento exempla;

BOOK I

often the title 'equestrian order' altered; gold and silver military gifts; gold wreath, when first bestowed; other uses of gold, its use by women. (xiii-xxv) Gold coinage; date of earliest coins, copper, silver, gold; method of using copper before introduction of stamping; highest money rating at first census; how often and at what dates value of copper and stamped coinage raised; the lust for gold; largest owners of silver and gold; date of earliest employment of silver ornaments in the arena, and on the stage; dates of largest accumulations of gold and silver in the national treasury; date of earliest gilded ceilings; reasons for special value of gold; method of gilding; discovery of gold; orpiment; synthetic amber; earliest gold statues; 8 drugs from gold. (xxvi-ix) malachite, method of employing it in painting; 7 drugs from malachite; goldsmith's malachite or mountain-green. (xxx) Remarkable natural facts as to the welding of metals and as to metal manufactures. (xxxii-v) Silver; quicksilver; antimony or stibis or alabaster or larbasis or platyopathalmus, drugs made of, 7; silver slag, drugs made of, 6; foam of silver, drugs made of, 7. (xxxvi-xli) Minimum, reverence for among the ancients; discovery and source of; cinnabar, method of using in medicine and in painting; kinds of red-lead; method of use in medicine and painting; watersilver. (xliii f.) Gilding of silver; touchstones for gold. (xliv-lv) Silver, its kinds and methods of testing; mirrors; Egyptian silver; immoderate wealth; who were the richest people; when did the Roman nation begin to squander money; luxury in silver vessels; sparing use of silver in antiquity, instances of;

PLINY: NATURAL HISTORY

quando primum lectis argentum additum; quando lances immodicae factae; quando repositoriis argentum additum, quando tympana facta; inmodica argenti pretia; de statu is argenteis; nobilitates operum et artificum in argento. (lvi-lviii) de sile; qui primi sile pinxerint et qua ratione; de caeruleo; medicinae ex eo II. Summa: medicinae et historiae et observationes CCLXXXVIII.

Ex auctoribus: Domitiano Caesare, Iunio Gracchano, L. Pisone, M. Varrone, Corvino, Attico Pomponio, Calvo Licinio, Cornelio Nepote, Muciano, Boccho, Fetiale, Fenestella, Valerio Maximo, Iulio Basso qui de medicina Graece scripsit, Sextio Nigro qui item. Externis: Theophrasto, Democrito, Iuba, Timaeo historico qui de medicina metallica scripsit, Heraclide, Andrea, Diagora, Botrye, Archedemo, Dionysio, Aristogene, Democle, Mneside, Attalo medico, Xenocrate item, Theomnesto, Nymphodoro, Iolla, Apollodoro, Pasitele qui mirabilia opera scripsit, Antigono qui de toreutice scripsit, Menaechmo qui item, Xenocrate qui item, Duride qui item, Menandro qui de toreutis, Heliodoro qui de Atheniensium anathematis scripsit, Metrodoro Scepsio.

Libro XXXIV. continentur: aeris metalla. (ii-x) genera aeris; quae Corinthia, quae Deliaca, quae Aeginetica. de tricliniis aereis, de candelabris; de templorum ornamentis ex aere; quod primum dei simulacrum Romae ex aere factum; de origine statuarum et honore. (x-xix) statuarum genera et figurae. antiquas statuas togatas sine tunicis fuisse; quae primae statuae Romae, quibus primum publice positae, quibus primum in columna; quando rostra; quibus externis Romae publice positae, quibus Romae mulieribus in publico positae,

BOOK I

date of earliest use of silver inlay on couches, of silver vessels of excessive size, of trays inlaid with silver, of making 'drums'; excessive prices for silver; silver statuary; famous works of art and artists in silver. (lvi-lviii) Of yellow ochre, who first used for painting and how. Steel blue; drugs made from, 2.—Total 288 drugs, investigations and observations.

Authorities: the Emperor Domitian, Junius Gracchanus, Lucius Piso, Marcus Varro, Corvinus, Pomponius Atticus, Licinius Calvus, Cornelius Nepos, Mucianus, Bocchus, Fetialis, Fenestella, Valerius Maximus, Julius Bassus, Greek medical writings of, Sextius Niger, *ditto*. Foreign authorities: Theophrastus, Democritus, Juba, the historian Timaeus's *Mineral Drugs*, Heraclides, Andreas, Diagoras, Botrys, Archedemus, Dionysius, Aristogenes, Democles, Mnesides, Attalus the medical writer, Xenocrates *ditto*, Theomnestus, Nymphodorus, Iollas, Apollodorus, Pasiteles's *Masterpieces*, Antigonus *On Graving*, Menaechmus *ditto*, Xenocrates *ditto*, Duris *ditto*, Menander *On Gravers*, Heliodorus's *Votive Offerings of Athens*, Metrodorus of Scepsis.

Book XXXIV. Contents: (i) Copper metals. (ii-x) Kinds of copper—Corinthian, Delian, Aeginetan. On bronze dining-couches; on candelabra; on temple decorations of bronze; first bronze image of a god made at Rome; on the origin of statues and the reverence paid to them. (x-xix) Statues, their kinds and shapes. Ancient statues dressed in toga without tunic; the first statues at Rome, the first erected by the state, the first erected on a column; ship's beaks, when added; first foreigners to whom statues erected by the state at Rome; first women to

PLINY: NATURAL HISTORY

quae prima Romae statua equestris publice posita; quando omnes privatim positae statuae ex publico sublatae; quae prima ab externis publice posita; fuisse antiquitus et in Italia statuarios; de pretiis signorum inmodicis; de colossis in urbe celeberrimis; nobilitates ex aere operum et artificum CCCLXVI. (xx-xxix) differentiae aeris et mixturae; de pyropo, de Campano aere; de servando aere; de cadmia; medicinae ex ea XV; aeris usti effectus in medicina X; de scoria aeris, de flore aeris, squama aeris, stomomate aeris: medicinae ex his XLVII; aerugo: medicinae ex ea XVIII; hieracium; scolex aeris; medicinae ex eo XVIII; de chalcitide; medicinae ex ea VII; psoricon. (xxx-xxxviii) sory; medicinae ex eo III; misy: medicinae ex eo XIV; chalcanthum sive atramentum sutorium: medicinae ex eo XVI; pompholyx, spodium: medicinae ex eis VI; antispodi genera XV; smegma; de diphryge; de triente Servilio. (xxxix-xlvi) de ferri metallis: simulacra ex ferro; caelaturae ex ferro; differentiae ferri; de ferro quod vivum appellant; ferri temperatura; robiginis remedia; medicinae ex ferro VII; medicinae ex robigine XIV; medicinae ex squama ferri XVII; hygremplastrum. (xlvii-lvi) de plumbi metallis: de plumbo albo; de argentario, de stagno; de plumbo nigro; medicinae ex plumbo XV; medicinae ex scoria plumbi XV; spodium ex plumbo; de molybdaena; medicinae ex ea XV; psimythium sive cerussa: medicinae ex ea VI; sandaraca: medicinae ex ea XI; arrenicum. Summa: medicinae CCLVII; ex iis ad canis morsus, ad caput, alopecias, oculos, aures, nares, oris vitia, lepras, gingivas, dentes, uvam, pituitam, fauces, tonsillas, anginam, tussim, vom-

BOOK I

whom statues so erected; first equestrian statue erected by the state at Rome; date of removal from public places of all statues erected by private donors; first statue publicly erected by foreigners; existence of sculptors from early times even in Italy; excessive prices for statues; the most celebrated colossal statues in the city; 366 famous instances of bronze statues and sculptors in bronze. (xx-xxix) Different kinds of bronze and alloy; gold-bronze, Capuan bronze; preservation of bronze; cadmia, 15 drugs made from; melted bronze, 10 medicinal products of; copper slag, copper blisters, copper scales, copper flakes, 47 drugs from these; copper rust, 18 drugs from; eye-salve; worm-eaten bronze, 18 drugs from; copper ore, 7 drugs from; itch-salve. (xxx-xxxviii) Ink-stone, 3 drugs from; copperas, 14 drugs from; copperas water or shoe-maker's blacking, 16 drugs from; pompholyx, slag, 6 drugs from these; slag-ashes, 15 kinds; skin-detergent; diphryx; the Servilian family's magic sixpence. (xxxix-xlvi) Iron mines; iron statues; chased iron; different kinds of iron; 'live iron'; the tempering of iron; remedies for rust; 7 drugs from iron; 14 drugs from rust; 17 drugs from iron scale; wet plaster. (xlvii-lvi) Lead mines; white lead; silver-lead, stannum, black lead; 15 drugs from lead; 15 drugs from lead slag; dross from lead; molybdaena, 15 drugs from; sugar of lead or cerussa, 6 drugs from; sandarach, 11 drugs from; arsenic.—Total, 257 drugs, including remedies for dog-bite, for the head, fox-mange, eyes, ears, nostrils, ailments of the mouth, leprosy, gums, teeth, uvula, phlegm, throat, tonsils, quinsy, cough, vomiting, chest, stomach, asthma, pains in the side, spleen, stomach,

PLINY: NATURAL HISTORY

tiones, pectus, stomachum, suspiria, lateris dolores, splenem, ventrem, tenesnum, dysenteriam, sedem, verenda, sanguinem sistendum, podagras, hydropicos, ulcera, volnera XXVI, suppurata, ossa, paronychia, ignem sacrum, haemorrhoidas, fistulas, callum, pusulas, scabiem, cicatrices, infantes, muliebria vitia, psilotrurum, Venerem inhihindam, ad vocem, contra lymphationes. summa: res et historiae et observationes DCCCCXV.

Ex auctoribus: L. Pisone, Antiate, Verrio, M. Varrone, Cornelio Nepote, Messala Rufo, Marso poeta, Boccho, Iulio Basso qui de medicina Graecae scripsit, Sextio Nigro qui item, Fabio Vestale. Externis: Democrito, Metrodoro Scepsio, Menaechmo qui de toreutice scripsit, Xenocrate qui item, Antigono qui item, Duride qui item, Heliodoro qui de Atheniensium anathematis scripsit, Pasitele qui de mirabilibus operibus scripsit, Timaeo qui de medicina metallica scripsit, Nymphodoro, Iolla, Apollodoro, Andrea, Heraclide, Diagora, Botrye, Archedemo, Dionysio, Aristogene, Democle, Mneside, Xenocrate Zenonis, Theomnesto.

Libro XXXV. continentur: (i-x) Honos picturae, honos imaginum. quando primum clipei imaginum instituti: quando primum in publico positi; quando in domibus. de picturae initiis, de monochromatis picturis, de primis pictoribus. antiquitas picturarum in Italia. de pictoribus Romanis. quando primum dignitas picturae et quibus ex causis Romae, qui¹ victorias suas pictas proposuerint. quando primum externis picturis dignitas Romae. (xi) ratio pingendi. (xii-xxx) de pigmentis praeter metallica. de coloribus ficticiis; de Sinopide; medicinae ex ea XI; de rubrica; de terra Lemnia;

BOOK I

straining, dysentery, the seat, the private parts, blood-stanching, gout, dropsy, ulcers, 26 wounds, pus, bones, whitlows, erysipelas, haemorrhoids, ulcers, callus, pimples, mange, scars, infants, ailments of women, depilatory, sex restraint, for the voice, against attacks of frenzy—Total, 915 facts, investigations and observations.

Authorities: Lucius Piso, Antias, Verrius, Marcus Varro, Cornelius Nepos, Rufus Messala, the poet Marsus, Bocchus, Julius Bassus's Greek treatise on medicine, Sextius Niger's *ditto*, Fabius Vestalis. Foreign authorities: Democritus, Metrodorus of Scepsis, Menaechmus's *Art of Graving*, Xenocrates *ditto*, Antigonus *ditto*, Duris *ditto*, Heliodorus's *Votive Offerings of Athens*, Pasiteles's *Masterpieces*, Timaeus's *Mineral Drugs*, Nymphodorus, Iollas, Apollodorus, Andreas, Heraclides, Diagoras, Botrys, Archedemus, Dionysius, Aristogenes, Democles, Mnesides, Xenocrates son of Zeno, Theomnestus.

Book XXXV. Contents: (i-x) Praise of painting. Praise of sculpture. Shields with sculptured figures, when first instituted; when first set up in public; when in private houses. The commencement of painting; pictures in monochrome; the first painters. Antiquity of paintings in Italy. Roman painters. Painting—when first esteemed at Rome, and for what reasons, who first exhibited paintings of their victories. Foreign pictures, when first valued at Rome. (xi) Method of painting. (xii-xxx) Non-mineral pigments. Artificial colours; red ochre, 11 drugs from it; red chalk; Lemnian

¹ qui primi? *Rackham*.

PLINY: NATURAL HISTORY

medicinae ex ea IX; de Aegyptia terra; de ochra; medicinae ex rubrica III; leucophorum; Paraetionium. Melinum; medicinae ex eo VI; cerussa usta; Eretria terra, medicinae ex ea VI; sandaraca; sandyx; Syricum; atramentum; purpurissum; Indicum: medicinae ex eo IV; Armenium, medicina ex eo I; viride Appianum; anulare. (xxxii-iii) qui colores udo non inducantur. quibus coloribus antiqui pinxerint. quando primum gladiatorum pugnae pictae et propositae sint. (xxxiv-xli) de aetate picturae; operum et artificum in pictura nobilitates CCCCV, picturae primum certamen; qui penicillo pinxerint; de avium cantu conpescendo; qui encausto aut ceris vel cestro vel penicillo pinxerint. quae quis primus invenerit in pictura; quid difficillimum in pictura; de generibus picturae; quis primus lacunaria pinxerit, quando primum camarae pictae; pretia mirabilia picturarum; de talento. (xliii-xlvi) plastices primi inventores; quis primus ex facie imaginem expresserit; nobilitates artificum in plastice XIV. de figlinis operibus; de Signinis. (xlvii-lix) terrae varietates; de pulvere Puteolano et aliis terrae generibus quae in lapidem vertuntur; de parietibus formaccis; de latericiis et de laterum ratione; de sulphure et generibus eius; medicinae XIV; de bitumine et generibus eius; medicinae XXVII; de alumine et generibus eius; medicinae ex eo XXXVIII; de terra Samia; medicinae ex ea III; Eretriae terrae genera; de terra ad medicinam lavanda; de Chia terra: medicinae ex ea III; de Selinusia; medicinae ex ea III; de pnigitide; medicinae ex ea IX; de ampelotide; medicinae ex ea IV; cretae ad vestium usus; cimolia: medicinae ex ea IX; Sarda, Umbrica, saxum; argentaria;

BOOK I

earth, 9 drugs from it; Egyptian earth; yellow ochre; 3 drugs from red ochre; gold size; Parætonium white; Melian white; 6 drugs from it; burnt white-lead; earth of Eretria, 6 drugs from it; sandarach; vermilion; Syrian; black ink; dark purple ink; indigo, 4 drugs from it; ultramarine, 1 drug from it; Appian green; signet-ring white. (xxxii–iii) Colours that cannot be painted on a damp surface. Colours used by painters of early dates. When battles of gladiators were first painted and exhibited. (xxxiv–xli) The antiquity of painting; 405 celebrated cases of paintings and artists; earliest painting competition; painters that used the brush; how to check the song of birds; what painters used encaustic or waxes or graver or brush; inventors of successive improvements in painting; the most difficult thing in painting; kinds of painting; first painter of panelled ceilings; vaulted roofs, when first painted; remarkable prices for pictures; the talent. (xliv–xlv) The first discoveries of modelling; who first took a mould of a face; 14 celebrated cases of artists in modelling; works in pottery; Segni plaster. (xlvii–lix) Varieties of earth: Pozzuoli dust and other kinds of earth used for concrete; walls cast in moulds; brickwork and employment of brick; brimstone and its kinds; 14 drugs; bitumen and its kinds; 27 drugs; alum and its kinds; 38 drugs therefrom; Samian earth; 3 drugs therefrom; Eretrian earth, its kinds; on washing earth to make a drug; Chian earth; 3 drugs therefrom; earth of Selinunte; 3 drugs therefrom; potters' clay; 9 drugs therefrom; vine-earth; 4 drugs therefrom; chalks for use in connexion with clothes; earth of Kimolo; 9 drugs therefrom; earth of Sardis, of Umbria, rock;

PLINY: NATURAL HISTORY

qui et quorum liberti praepotentes; terra ex Galata, terra Clupea, terra Baliarica, terra Ebusitana: medicinae ex eis IV. Summa: medicinae et historiae et observationes DCCCCLVI.

Ex auctoribus: Messala oratore, Messala sene, Fenestella, Attico, M. Varrone, Verrio, Nepote Cornelio, Deculone, Muciano, Melisso, Vitruvio, Cassio Severo, Longulano, Fabio Vestale qui de pictura scripsit. Externis: Pasitele, Apelle, Melanthio, Asclepiodoro, Euphranore, Parrhasio, Heliodoro qui de anathematis Atheniensium scripsit, Metrodoro qui de architectonice scripsit, Democrito, Theophrasto, Apione grammatico qui de metallica medicina scripsit, Nymphodoro, Iolla, Apollodoro, Andrea, Heraclide, Diagora, Botrye, Archedemo, Dionysio, Aristogene, Democle, Mneside Xenocrate Zenonis, Theomnesto.

Libro XXXVI. continentur naturae lapidum. (i-xi) luxuria in marmoribus: quis primus peregrino marmore columnas habuerit Romae; quis primus in publicis operibus ostenderit; qui primi laudati in marmore scalpendo et quibus temporibus (ix de Mausoleo Cariae); nobilitates operum et artificum in marmore CCXXV; quando primum marmorum in aedificiis usus; qui primi marmora secuerint et quando; quis primus Romae crustaverit parietes; quibus aetatibus quaeque marmora in usum venerint Romae; ratio secandi marmora; de harenis quibus secantur; de Naxio, de Armenio; de Alexandrinis marmoribus. (xii f.) de onyche, de alabastrite: medicinae ex eis VI; de lygdino, corallitico, Alabandico, Thebaico, Syenite. (xiv f.) de obeliscis: de eo qui pro gnomone in campo Martio est. (xvi-xxiii) opera mirabilia in terris: Sphinx Aegyptia, pyra-

BOOK I

rotten-stone; what people and whose freedmen are excessively powerful; Galatian earth, Kalibian earth, Balearic earth, Iviza earth; 4 drugs from these.— Total 956 drugs, investigations and observations.

Authorities: the orator Messala, Messala senior, Fenestella, Atticus, Marcus Varro, Verrius, Cornelius Nepos, Deculo, Mucianus, Melissus, Vitruvius, Cassius Severus, Longulanus, Fabius Vestalis *On Painting*. Foreign authorities; Pasiteles, Apelles, Melanthius, Asclepiodorus, Euphranor, Parrhasius, Heliodorus's *Votive offerings of Athens*, Metrodorus's *Science of Architecture*, Democritus, Theophrastus, the philologist Apion's *Mineral Drugs*, Nymphodorus, Iollas, Apollodorus, Andreas, Heraclides, Diagoras, Botrys, Archedemus, Dionysius, Aristogenes, Democles, Mnesides, Xenocrates son of Zeno, Theomnestus.

Book XXXVI. Contents: the natures of stones. (i-xi) Luxury in use of marbles; first owner of foreign marble pillars at Rome; first exhibitor of marble in public works; first distinguished sculptors in marble, and their dates; (ix the Mausoleum of Caria); 225 famous works and artists in marble; date of first employment of marbles in buildings; what people first cut marbles, and at what date; who first used marble wall-panelling at Rome; at which periods did the various marbles come into use at Rome; method of cutting marble; sands employed in marble-cutting; Naxian marble, Armenian marble, marbles of Alexandria. (xii f.) Onyx, alabaster; 6 drugs therefrom; Parian marble, coral marble, Alabanda stone, Theban stone, Syene granite. (xiv f.) Obelisks: obelisk in Campus Martius serving as gnomon. (xvi-xxiii) Remarkable structures in various countries; Egyptian Sphinx, pyramids; Pharos lighthouse;

PLINY: NATURAL HISTORY

mides; Pharos; labyrinthi; pensiles horti, pensile oppidum; de templo Ephesiae Dianae; aliorum templorum admirabilia; de lapide fugitivo; echo septiens resonans; sine clavo aedificia. (xxiv) Romae miracula operum XVIII. (xxv-xxx) de magnete lapide: medicinae ex eo III; Syrius lapis; de sarcophago sive Assio: medicinae ex eo X; de chernite, de poro; de lapidibus osseis, de palmatis, de Taenariis, de Coranis, de nigris marmoribus; de molaribus lapidibus; pyritis; medicinae ex eo VII. (xxxi-xl) ostracites: medicinae ex eo IV; amiantus: medicinae ex eo II; geodes: medicinae ex eo III; melitinus: medicinae ex eo VI; gagates: medicinae ex eo VI; spongites: medicinae ex eo II; phrygius; haematites: medicinae ex eo V; schistos: medicinae ex eo VII; androdamas: medicinae ex eo II; Arabicus; miltites sive hepatites, anthracites; aetites, Taphiusius, callimus; Samius: medicinae ex eo VIII. (xli-l) arabus: medicinae ex eo VI; de pumice: medicinae ex eo IX; de mortariis medicinalibus et aliis; Etesius lapis, chalazius; siphnius, lapides molles; lapis specularis; phengites; de cotibus; de tophis; de silicum natura; de reliquis ad structuram lapidibus. (li-lix) genera structurae; de cisternis; de calce; harenae genera, harenae et calcis mixturae; vitia structurae; de tectoriis; de columnis: genera columnarum; medicinae ex calce V; de maltha; de gypso. (lx-lxx) de pavimentis: asarotos oecos; quod primum pavimentum Romae; de subdialibus pavimentis; Graecanica pavimenta: quando primum lithostrotum; quando primum camarae vitreae; origo vitri; genera eius et ratio faciendi; de Obsianis; miracula ignium; medicinae ex igni et cinere III; prodigia foci. Summa:

BOOK I

labyrinths; hanging gardens, hanging town; temple of Diana at Ephesus; remarkable facts as to other temples; runaway stone; sevenfold echo; buildings constructed without clamps. (xxiv) Eighteen remarkable works at Rome. (xxv-xxx) Magnetic stone: 3 drugs therefrom; Syros stone; flesh-eating or Assos stone, 10 drugs therefrom; Chernites marble; tufa; bone-stones, palm-branch stones, Taenarus stones, Cora stones, black marbles; mill-stones; pyritis, 7 drugs therefrom. (xxxi-xl) Oyster-shell stone, 4 drugs therefrom; asbestos, 2 drugs therefrom; earthstone, 3 drugs therefrom; honey-stone; 6 drugs therefrom; jet, 6 drugs therefrom; sponge-stone, 2 drugs therefrom; Phrygian stone; bloodstone, 5 drugs therefrom; schistose, 7 drugs therefrom; *androdamas* bloodstone, 3 drugs therefrom; Arabian stone; minium bloodstone or liverstone, anthracite; eagle-stone, Taphiusian stone, *callimus*; Samos stone, 8 drugs therefrom. (xli-l) Arab stone; 6 drugs therefrom; pumicestone, 9 drugs therefrom; medicinal and other mortars; *Etesius* stone, hailstone stone; Siphnos stone; soft stones; muscovy-stone; selenite; whetstones; tufas; flints, nature of; other building stones. (li-lix) Kinds of building; cisterns; lime; kinds of sand; mixtures of sand and lime; faults in building; stuccos; pillars; kinds of pillars; 5 drugs from chalk; lime-cement; white lime plaster. (lx-lxx) Pavements: the Tesselated Hall; first pavement at Rome; terrace pavements; pavements in the Greek mode; date of first mosaic pavement; date of first glass ceilings; origin of glass; its kinds and mode of manufacture; obsidian panes; remarkable uses of fire; 3 drugs from fire and ash; marvels of the hearth.—Total: 89 drugs

medicinae ex his LXXXIX, ad serpentes III bestiarum morsus, ad venena, caput, oculos, epinyctidas, dentes, dentifricia, fauces, strumas, stomachum, iocinera, pituitam, testes, vesicam, calculos, panos, haemorrhoidas, podagras, sanguini sistendo, sanguinem reicientibus, luxata; phreneticos, lethargicos, comitiales, melancholicos, vertigines, ulcera, volnera urenda, secanda, convolsa, contusa, maculas, usta, phthisin, mammas, muliebria vitia, carbunculos, pestilentia. Summa omnis: res et historiae et observationes CCCCXXXIV.

Ex auctoribus: M. Varrone, C. Galba, Cincio, Muciano, Nepote Cornelio, L. Pisonc, Q. Tuberone, Fabio Vestale, Annio Fetiale, Fabiano, Seneca, Catone censorio, Vitruvio. Externis: Theophrasto, Pasitele, Iuba rege, Nicandro, Sotaco, Sudine, Alexandro polyhistore, Apione Plistonico, Duride, Herodoto, Euhemero, Aristagora, Dionysio, Artemidoro, Butorida, Antisthene, Demetrio, Demotele, Lycea.

Libro XXXVII. continentur: (i-x) origo gemmarum; de Polycratis tyranni gemma; de Pyrrhi gemma; qui scalptores optimi, nobilitates scalpturae; quae prima Romae dactylithece; gemmae in Pompei Magni triumpho translatae; quando primum murrina invecta; luxuria circa ea; natura eorum; natura crystalli, medicina ex eo: luxuria in crystallo. (xi-xx) de sucino: quae de eo mendacia; genera sucinorum; medicinae ex his; lyngurium: medicinae II; de adamante sive anancite: genera adamantis VI, medicinae II; de zmaragdis: genera eorum XII, vitia eorum; tanos gemma; chalcoszmaragdos; de beryllis: genera eorum VIII, vitia eorum. (xxi-xxx) de opalis: genera eorum VII,

BOOK I

from these materials, 3 for serpents, animals' bites, for poisons, for the head, eyes, eyelid sores, teeth, tooth-powders, throat, scrofula, stomach, liver, phlegm, testicles, bladder, stone, tumours, piles, gout, remedy for bleeding, for vomiting blood, dislocation, cases of insanity, of lethargy, of epilepsy, of melancholy, of giddiness, ulcers, caustic and surgical treatment of wounds, sprains, bruises, moles burns, consumption, the breasts, diseases of women, carbuncles, plague. Full total: 434 facts, investigations and observations.

Authorities: Marcus Varro, Gaius Galba, Cincius, Mucianus, Cornelius Nepos, Lucius Piso, Quintus Tubero, Fabius Vestalis, Annius Fetialis, Fabianus, Seneca, Cato the Censor, Vitruvius. Foreign authorities: Theophrastus, Pasiteles, King Juba, Nicander, Sotacus, Sudines, Alexander the Learned, Apion Plistonicus, Duris, Herodotus, Euhemerus, Aristagoras, Dionysius, Artemidorus, Butoridas, Antisthenes, Demetrius, Demoteles, Lyceas.

Book XXXVII. Contents: (i-x) Origin of gems: the tyrant Polycrates's jewel; Pyrrhus's jewel; the best engravers; famous specimens of engraving; the first collection of signet-rings at Rome; jewels carried in the triumph of Pompey the Great; murrine vases, date of first importation; extravagance connected with; their nature; nature of rock-crystal, drug from it; extravagance in use of rock-crystal. (xi-xx) Amber, erroneous statements about; kinds of amber, drugs from these; tourmaline, 2 drugs; diamond or anancite, 6 kinds of diamonds, 2 drugs; emeralds, 12 kinds, their blemishes; the gem tanos; malachite; beryls, their 8 kinds, their blemishes. (xxi-xxx) Opals, their 7 kinds, their blemishes, tests

PLINY: NATURAL HISTORY

vitia eorum, experimenta eorum; de sardonyche: genera eius, vitia eius; de onyche: genera eius; de carbunculis: genera eorum XII, vitia eorum et experimenta; anthracitis; sandastros sive Garamantitis sive sandacitis, sandaresus; lychnis: genera eius IV; carchedonia. (xxxii-xl) sarda: genera eius V; de topazo: genera eius II; de callaina; de prasio: genera eius III; nilion; molochitis; de iaspide, genera eius XIV, vitia eorum; de cyano: genera eius; de sapphiro; amethysto: genera eius IV; socondion, sapos, pharanitis, Aphroditis blepharon sive anteros sive paederos. (xli-l) hyacinthus; de chrysolitho genera eius VII; de chryselectro; leucochrysos: genera eius IV; melichrysi, xuthi; paederos sive sangenos sive tenites; asteria; astrion; astrictos; astolon. (li-lx) ceraunia: genera eius IV; baetylos; Iris; hieros; achatae: genera eorum; acopos: medicinae ex ea; alabastritis; medicinae ex ea; alectoriae, androdamas, argyrodamas, antipathes, Arabica, aromatitis, asbestos, aspisatis, atizoe, augitis, amphidanes sive chrysocolla, Aphrodisiaca, apsyctos, Aegyptilla; balanitae, batrachitis, baptes; Beli oculus, Belus, baroptenus sive baripe, botryitis, bostrychitis, bucardia, brontea, boloe; cadmitis, callais, capnitis, Cappadocia, callaica, catochitis, catoptritis, cepitis sive cepolatitis, ceramitis, cinaediae, ceritis, circos, corsoides, coralloachates, corallis, crateritis, crocallis, cytis, chalcophonos, chelidoniae, cheloniae, chelonitis, chloritis, Choaspitis, chrysolampis, chrysopsis, cepionides; daphnea, diadochos, diphyes, Dionysias, dracontitis; encardia sive enariste, enorchis, exhebenus, erythallis, erotylos sive amphicomos sive hieromnemon, eumeces, eumi-

BOOK I

of opals; sardonyx, its kinds, its blemishes; onyx, its kinds; carbuncles, their 12 kinds, their blemishes and tests; coal-carbuncle; sandastros or Garamantitis or sandacitis; sandaresus; lychnis, its 4 kinds; Carthaginian stone. (xxxii-xli) Carnelian, its 5 kinds; chrysolite, its 2 kinds; turquoise; leek-green stone, its 3 kinds; Nile-stone; malachite; jasper, its 4 kinds, their blemishes; lapis lazuli, its kinds; sapphire; amethyst, its 4 kinds; socondion, sapenos, pharanitis, Venus's eyelid or love-retained or lad's-love. (xlii-l) Hyacinth; chrysolite, its 7 kinds; golden-amber; chrysolite, its 4 kinds; golden chrysolite; xuthis; lad's-love or sangenos or tenites; cat's-eye; adularia, astriotes, astolon. (li-lx) St. John's bread, its 4 kinds; baetylos; rainbow-stone; holy-stone; agates, their kinds; crystalline quartz, drugs therefrom; alabaster-stone, drugs therefrom; cock-stones, androdamas, silver-stone, charm-coral, chalcedony, scented amber, asbestos-stone, aspisatis, atizoe, turquoise, amphidanes or chrysocolla, Aphrodisiaca, apsyctos, little-gypsy; acorn-stone, frog-stone, baptes, cat's eye, Belus, baroptenus or baripe, grape-stone, lock-of-hair-stone, cow's-heart, thunder-stone, boloe, cadmitis, turquoise, smoke-stone, Cappadocian stone, turquoise-stone, catochitis, catoptritis, cepitis or cepolatitis, brick-stone, cinaedias (kinds of), wax-stone, top-stone, hair-stone, coral-agate, coral-stone, crateritis, crocallis, cyitis, brazen-voice, swallow-stones, tortoise-stones, tortoise-shell-stone, green-stone, Choaspes-stone, gold-gleam, golden-topaz, cepionides, Daphne-stone, diadochos, diphyes, Dionysus-stone, snake-stone, heart-stone or enariste, enorchis, exhebenus, erythallis, erotylos or amphicomos or stone of remembrance, eumeces, eumithres,

PLINY: NATURAL HISTORY

thres, eupetalos, eureos, Eurotias, eusebes, epimelas; galaxias, galactitis sive leucogaea sive leucographitis sive synnephitis, gallaica, gassinade, glossopetra, Gorgonia, goniaea; heliotropion, Hephaestitis, Hermuaedoeon. hexecontalithos, hieracitis, hammitis, Hammonis cornu, hormiscion, hyaeniae, haematitis meniu sive xuthos. (lxi-lxx) Idaei dactyli, icterias, Iovis gemma sive drosolithos, Indica, ion; lepidotis, Lesbias, leucophthalmos, leucopoecilos, libanochrus, limoniatis, liparea, lysimachos, leucochrysos; Memnonia, Media, meconitis, mithrax, morochthos, mormorion sive promnium sive Alexandrinum, myrritis, myrmecias, myrsinitis, mesoleucos, mesomelas; nasamonitis, nebritis, Nipparena; oica, ombria sive notia, onocardia, oritis sive sideritis, ostracias sive ostracitis, ostritis, ophicardelos, Obsiana; panchrus, pangonus, paneros sive panerastos, Ponticae genera IV, phloginos sive chrysitis, phoenicitis, phycitis, perileucos, Paeanitis sive gaeanis; solis gemma, sagda, Samothracia, sauritis, sarcitis, selenitis, sideritis, sideropoecilos, spongitis, synodontitis, Syrtitis, syringitis; trichrus, thelyrrizos, thelycardios sive mucul, Thracia (genera III), tephritis, tecolithos; veneris crines, Veientana; zathene, zmilampis, zoraniscaea. (lxxi-lxxvii) hepatitis, steatitis, Adadu nephros, Adadu ophthalmos, Adadu dactylos, triophthalmos; carcinias, echitis, scorpitis, scaritis, triglitis, aegophthalmos, hyophthalmos, geranitis, aetitis, myrmecitis, cantharias, lycophthalmos, taos, timiclonia: ammochrysos, enchritis, dryitis, cissitis, narcissitis, cyamias, pyren,

BOOK I

eupetalos, eureos, Eurotas-stone, eusebes, epimelas; milk-stone, milky-stone or white-earth-stone or white graphite or cloud-stone, Galician-stone, gassinades, tongue-stone, Gorgon-stone, goniea, striped-jasper, Vulcan-stone, Mercury's privates, sixty-colour-stone, hawk-stone, hammitis, ammonite, hormiscion, hyena-stone, meniou bloodstone or yellow-stone. (lxi-lxx) Ida's fingers, icterias, Jove-stone or dew-stone, Indian stone, violet-stone, scale-stone, Lesbian stone, white-eye, white-spot, myrrh-colour, emerald, Lipari-stone, lysimachos, white gold, Memnon-stone, Persian stone, poppy-stone, mithrax, morochthos, mormorion or promnium or Alexandria stone, myrrh-stone, wart-stone, myrrh-stone, white-centre, black-centre, stone of Nasamon, fawn-stone, Nipparena, egg-stone, rain-stone or storm-stone, ass's-heart, mountain-stone or star-stone, hornstone or chalcedony, oyster-stone, ophicardelos, obsidian, all-colours, all-seeds, love-all or all-love, Black Sea stone, 4 kinds, flame-stone or gold-stone, purple-stone, sea-weed-stone, white-ring, Paeanite or gae-anite, sun-stone, green-stone, Samothracian stone, lizard-stone, flesh-stone, moon-stone, iron-stone, variegated iron-stone, sponge-stone, bream-stone, Syrtian stone, reed-stone, tricolor, thelyrrizos, thelycardios or mucul, Thracian-stone (3 kinds), ash-stone, tecolithos, love-locks, Veii-stone, zathene, zmilampis, zoraniscae. (lxxi-lxxvii) Liver-stone, soapstone, Adad's-kidney, Adad's-eye, Adad's-finger, three-eyed-stone, crab-stone, adder-stone, scorpion-stone, wrasse-stone, triglitis, goat's-eye, sow's-eye, crane-stone, eagle-stone, ant-stone, beetle-stone, wolf's-eye, peacock-stone, timiclonia; gold-sand-stone, millet-stone, oak-stone, ivy stone, narcissus-stone,

PLINY: NATURAL HISTORY

phoenicitis, chalazias, pyritis, polyzonos, astrapaea, phlogitis, anthracitis, enygros, polytrichos, leontios, pardalios, drosolithos, melichrus, melichloros, polias, spartopolia, rhoditis, melitis, chalcitis, sycitis, bostrychitis, chernitis, anancitis, synochitis, dendritis; cochlides; de figura gemmarum; ratio probandi. comparatio naturae per terras. comparatio rerum per pretia. Summa: res et historiae et observationes MCCC.

Ex auctoribus: M. Varrone, actis triumphorum Maecenate, Iaccho, Cornelio Boccho. Externis: Iuba rege, Xenocrate Zenonis, Sudine, Aeschylo, Philoxeno, Euripide, Nicandro, Satyro, Theophrasto, Charete, Philemone, Demonstrato, Zenothemi, Metrodoro, Sotaco, Pythea, Timaeo Siculo, Nicia, Theochresto, Asaruba, Mnasea, Theomene, Ctesia, Mithridate, Sophocle, Archelao rege, Callistrato, Democrito, Ismenia, Olympico, Alexandro polyhistore, Apione, Oro, Zoroastre, Zachalia.

BOOK I

bean-stone, pyren, purple-stone, hail-stone, pyritis, striped-stone, lightning-stone, flame-stone, coal-stone, enygros, hairy-stone, lion-stone, leopard-stone, dew-stone, honey-colour-stone, honey-yellow-stone, gray-stone, spartopolia, rose-stone, honey-stone, copper-stone, fig-stone, ringlet-stone, ivory-marble, anancitis, synochitis, tree-stone, snail-shell. Shape of precious stones; method of testing; natural properties compared in various countries; products compared in respect of price.—Total, 1300 facts, investigations and observations.

Authorities: Marcus Varro, *Records of Triumphs*, Maecenas, Iacchus, Cornelius Bocchus. Foreign authorities: King Juba, Xenocrates son of Zeno, Sudines, Aeschylus, Philoxenus, Euripides, Nicander, Satyrus, Theophrastus, Chares, Philemon, Demostriatus, Zenothemis, Metrodorus, Sotacus, Pytheas, Timaeus of Sicily, Nicias, Theochrestus, Asaruba, Mnaseas, Theomenes, Ctesias, Mithridates, Sophocles, King Archelaus, Callistratus, Democritus, Ismenias, Olympicus, Alexander the Learned, Apion, Orus, Zoroaster, Zachalias.

BOOK II

LIBER II

I. MUNDUM et hoc—quocumque¹ nomine alio caelum appellare libuit cuius circumflexu teguntur² cuncta, numen esse credi par est, aeternum, immensum, neque genitum neque interiturum umquam. huius extera indagare nec interest hominum nec² capit humanae coniectura mentis. sacer est, aeternus, immensus, totus in toto, immo vero ipse totum, finitus et infinito similis, omnium rerum certus et similis incerto, extra intra cuncta complexus in se, idemque rerum naturae opus et rerum ipsa natura.

3 Furor est mensuram eius animo quosdam agitasse atque prodere ausos, alios rursus occasione hinc sumpta aut ab³ his data innumerabiles tradidisse mundos, ut totidem rerum naturas credi oporteret, aut, si una omnes incubaret, totidem tamen soles totidemque lunas et cetera ut iam in uno et immensa et innumerabilia sidera, quasi non eadem quaestione

¹ *Rackham*: quodcumque aut quod *codd.*

² *v.l.* degunt ('go on').

³ ab *add. Rackham.*

^a The Pythagorean and Stoic creed.

^b A variant gives 'infinite and resembling the finite.'

BOOK II

I. THE world and this—whatever other name *The world—its nature.* men have chosen to designate the sky whose vaulted roof encircles the universe, is fitly believed to be a deity,^a eternal, immeasurable, a being that never began to exist and never will perish. What is outside it does not concern men to explore and is not within the grasp of the human mind to guess. It is sacred, eternal, immeasurable, wholly within the whole, nay rather itself the whole, finite and resembling the infinite,^b certain of all things and resembling the uncertain, holding in its embrace all things that are without and within, at once the work of nature and nature herself.

That certain persons have studied, and have dared *Its size.* to publish, its dimensions, is mere madness; and again that others,^c taking or receiving occasion from the former, have taught the existence of a countless number of worlds, involving the belief in as many systems of nature, or, if a single nature embraces all the worlds, nevertheless the same number of suns, moons and other unmeasurable and innumerable heavenly bodies, as already in a single world; just as if owing to our craving for some End the same problem would not always encounter us at

^a The founders of the atomic theory, Leucippus and Democritus.

PLINY: NATURAL HISTORY

semper in termino cogitationis occursura desiderio finis alicuius aut, si haec infinitas naturae omnium artificii possit adsignari, non idem illud in uno facilius
4 sit intellegi, tanto praesertim opere. furor est, profecto furor, egredi ex eo et, tamquam interna eius cuncta plane iam nota sint, ita scrutari externa, quasi vero mensuram ullius rei possit agere qui sui nesciat, aut mens¹ hominis² possit³ videre quae mundus ipse non capiat.

5 II. Formam eius in speciem orbis absoluti globatam esse nomen in primis et consensus in eo mortalium orbem appellantium, sed et argumenta rerum docent, non solum quia talis figura omnibus sui partibus vergit in sese ac sibi ipsa toleranda est seque includit et continet nullarum egens compagium nec finem aut initium ullis sui partibus sentiens, nec quia ad motum, quo subinde⁴ verti mox adparebit, talis aptissima est, sed oculorum quoque probatione, quod convexus mediusque quacumque cernatur, cum id accidere in alia non possit figura.

6 III. Hanc ergo formam eius aeterno et inrequieto ambitu, inenarrabili celeritate, viginti quattuor horarum spatio circumagi solis exortus et occasus

¹ mens *edd.* : meror, miror (haut minor *Dettefsen*).

² *v.l.* homines.

³ possit *om. nonnulli*.

⁴ sublime *Dettefsen*, rotunde *Mayhoff*.

^a Cf. Martial V. 39. 5 Aut semel fac illud | mentitur tua quod subinde tussis.

^b *Convexus* is used to denote the inside as well as the outside of a curve.

the termination of this process of thought, or as if, assuming it possible to attribute this infinity of nature to the artificer of the universe, that same property would not be easier to understand in a single world, especially one that is so vast a structure. It is madness, downright madness, to go out of that world, and to investigate what lies outside it just as if the whole of what is within it were already clearly known; as though, forsooth, the measure of anything could be taken by him that knows not the measure of himself, or as if the mind of man could see things that the world itself does not contain.

II. Its shape has the rounded appearance of a perfect sphere. This is shown first of all by the name of 'orb' which is bestowed upon it by the general consent of mankind. It is also shown by the evidence of the facts: not only does such a figure in all its parts converge upon itself; not only must it sustain itself, enclosing and holding itself together without the need of any fastenings, and without experiencing an end or a beginning at any part of itself; not only is that shape the one best fitted for the motion with which, as will shortly appear, it must repeatedly ^a revolve, but our eyesight also confirms this belief, because the firmament presents the aspect of a concave ^b hemisphere equidistant ^c in every direction, which would be impossible in the case of any other figure.

III. The world thus shaped then is not at rest but eternally revolves with indescribable velocity, each revolution occupying the space of 24 hours: the rising and setting of the sun have left this not

^c *Medius* properly denotes the position of the observer at the centre, and is transferred to the circumference observed.

PLINY: NATURAL HISTORY

- haut dubium reliquere. an sit immensus et ideo sensum aurium excedens tantae molis rotatae vertigine adsidua sonitus non equidem facile dixerim—non Hercule magis quam circumactorum simul tinnitus siderum suosque volventium orbis—an dulcis quidam et incredibili suavitate concentus. nobis qui intus agimus iuxta diebus noctibusque
- 7 tacitus labitur mundus. esse innumeras ei effigies animalium rerumque cunctarum impressas nec, ut in volucrum notamus ovis, levitate continua lubricum corpus, quod clarissimi auctores dixere, rerum argumentis indicatur, quoniam inde deciduis rerum omnium seminibus innumeris,¹ in mari praecipue, ac plerumque confusis monstrificae gignantur effigies, praeterea visus probatione, alibi ursi, tauri alibi, alibi plaustrum,² alibi litterae figura, candidiore medio per verticem circulo.
- 8 Equidem et consensu gentium moveor. namque et Graeci³ nomine ornamentum appellavere eum et nos a perfecta absolutaque elegantia mundum. caelum quidem haut dubie caelati argumento dicimus,⁴ ut interpretatur M. Varro. adiuvat rerum ordo

¹ *Rackham*: innumerae.

² alibi plaustrum *hic Rackham*, ante aut post alibi ursi aut om. *codd.*

³ *v.l.* nam quem κόσμον Graeci.

⁴ *v.l.* diximus.

^a Deltoton, the constellation of the Triangle, Greek Δ.

^b κόσμος.

^c *Mundus* (adj.) means 'neat,' 'elegant.'

doubtful. Whether the sound of this vast mass whirling in unceasing rotation is of enormous volume and consequently beyond the capacity of our ears to perceive, for my own part I cannot easily say—any more in fact than whether this is true of the tinkling of the stars that travel round with it, revolving in their own orbits; or whether it emits a sweet harmonious music that is beyond belief charming. To us who live within it the world glides silently alike by day and night. Stamped upon it are countless figures of animals and objects of all kinds—it is not the case, as has been stated by very famous authors, that its structure has an even surface of unbroken smoothness, like that which we observe in birds' eggs: this is proved by the evidence of the facts, since from seeds of all these objects, falling from the sky in countless numbers, particularly in the sea, and usually mixed together, monstrous shapes are generated; and also by the testimony of sight—in one place the figure of a bear, in another of a bull, in another a wain, in another a letter of the alphabet,^a the middle of the circle across the pole being more radiant.

For my own part I am also influenced by the agreement of the nations. The Greeks have designated the world by a word that means 'ornament,'^b *The world's beauty.* and we have given it the name of *mundus*,^c because of its perfect finish and grace! As for our word *caelum*, it undoubtedly has the signification 'engraved,' as is explained by Marcus Varro.^d Further assistance is contributed by its orderly

^a *De Lingua Latina* V 18: engraved (*caelum* 'chisel,' *caedere*) with the figures of the constellations. *Caelum*, 'the vault of the sky,' is really for *cavilum*, from *cavus*.

PLINY: NATURAL HISTORY

discripto circulo qui signifer vocatur in duodecim animalium effigies, et per illas solis cursus congruens tot saeculis ratio.

- 10 IV. Nec de elementis video dubitari quattuor esse ea: igneum summum, inde tot stellarum illos conlucentium oculos; proximum spiritum quem Graeci nostrique eodem vocabulo aera appellant, vitalem hunc et per cuncta rerum meabilem totoque consortum; huius vi suspensam cum quarto aquarum
- 11 elemento librari medio spatii tellurem. ita mutuo complexu diversitatis effici nexum, et levia ponderibus inhiberi quo minus evolent, contraque gravia ne ruant suspendi levibus in sublime tendentibus. sic pari in diversa nisu in suo quaeque loco¹ consistere, inquieto mundi ipsius constricta circuitu, quo semper in se recurrente² imam atque mediam in toto esse terram, eandemque universo cardine stare pendentem librantemque per quae pendeat; ita solam immobilem circa eam volubili universitate eandemque ex omnibus necti eidemque omnia inniti.³
- 12 inter hanc caelumque eodem spiritu pendent certis discreta spatiis septem sidera quae ab incessu vocamus errantia, cum errent nulla minus illis. eorum medius sol fertur amplissima magnitudine ac

¹ loco add. *Rackham* (sic? *Campbell*).

² *C. F. W. Müller*: currente.

³ *v.l.* innecti.

• 'Wanderers,' *πλανήται*.

structure, the circle called the Zodiac being marked out into the likenesses of twelve animals; and also by the uniform regularity in so many centuries of the sun's progress through these signs.

IV. As regards the elements also I observe that they are accepted as being four in number: topmost the element of fire, source of yonder eyes of all those blazing stars; next the vapour which the Greeks and our own nation call by the same name, air—this is the principle of life, and penetrates all the universe and is intertwined with the whole; suspended by its force in the centre of space is poised the earth, and with it the fourth element, that of the waters. Thus the mutual embrace of the unlike results in an interlacing, the light substances being prevented by the heavy ones from flying up, while on the contrary the heavy substances are held from crashing down by the upward tendency of the light ones. In this way owing to an equal urge in opposite directions the elements remain stationary, each in its own place, bound together by the unresting revolution of the world itself; and with this always running back to its starting-point, the earth is the lowest and central object in the whole, and stays suspended at the pivot of the universe and also balancing the bodies to which its suspension is due; thus being alone motionless with the universe revolving round her she both hangs attached to them all and at the same time is that on which they all rest. Upheld by the same vapour between earth and heaven, at definite spaces apart, hang the seven stars which owing to their motion we call 'planets,'^a although no stars wander less than they do. In the midst of these moves the sun, whose magnitude and power are the greatest,

*Four
elements.*

The planets

The sun.

13 potestate, nec temporum modo terrarumque sed siderum etiam ipsorum caelique rector. hunc esse mundi totius animum ac planius mentem, hunc principale naturae regimen ac numen credere decet opera eius aestimantes. hic lucem rebus ministrat aufertque tenebras, hic reliqua sidera occultat inlustrat, hic vices temporum annumque semper renascentem ex usu naturae temperat, hic caeli tristitiam discutit atque etiam humani nubila animi serenat, hic suum lumen ceteris quoque sideribus fenerat, praeclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens, ut principi litterarum Homero placuisse in uno eo video.

14 V. Quapropter effigiem dei formamque quaerere inbecillitatis humanae reor. quisquis est deus, si modo est aliquis,¹ et quacumque in parte, totus est sensus, totus visus, totus auditus, totus animae, totus animi, totus sui. Innumeros quidem credere atque etiam ex vitiis hominum, non virtutibus tantum,² ut Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem, aut (ut Democrito placuit) duos omnino, Poenam et Beneficium, maiorem ad socordiam accedit. fragilis et laboriosa mortalitas in partes ista digessit infirmitatis suae memor, ut portionibus coleret qui quisque³ maxime indigeret. itaque nomina⁴ alia aliis gentibus et numina in iisdem innumerabilia invenimus, inferis quoque in genera discriptis, morbisque et multis

¹ *Vulg.* alius.

² *Mayhoff*: atque etiam ex vitiis hominum aut atque tam ex virtutibus vitiisque hominum *codd.*

³ *Mayhoff*: quidque quo *codd.* ⁴ numina? *Rackham.*
- 133 L. Quod si maiore depressae nubis eruperit specu sed minus lato quam procella, nec sine fragore, turbinem vocant proxima quaeque prosternentem. idem ardentior accensusque dum furit, prester vocatur amburens contacta pariter et proterens. Non

¹ *Caesarius* : interim.

² *Dellefsen* : gelidi aut gelida.

XLIX. Now as to sudden blasts, which arise as *Casual windstorms.* has been said ^a from exhalations of the earth, and fall back again to the earth drawing over it an envelope of cloud; these occur in a variety of forms. The fact is that their onrush is quite irregular, like that of mountain torrents (as we have pointed out ^b is the view of certain persons), and they give forth thunder and lightning. If travelling with a heavier momentum they burst a great gap in a dry cloud, they produce a storm called by the Greeks a cloudburst; but if they break out from a downward curve of cloud ^c with a more limited rotation, they cause a whirl unaccompanied by fire—I mean by lightning—that is called a typhoon, which denotes a whirling cloudburst. This brings down with it a portion of heat torn from a cloud, which it turns and whirls round, increasing its own downward velocity by its weight, and shifting from place to place with a rapid whirl; it is specially disastrous to navigators, as it twists round and shatters not only the yards, but the vessels themselves, leaving only the slender remedy of pouring out vinegar in advance of its approach, vinegar being a very cold substance. The same whirlwind when beaten back by its very impact snatches things up and carries them back with it to the sky, sucking them high aloft.

L. But if it bursts out of a larger cavern of downward pressing cloud but not so wide a one as in the case of a storm, and is accompanied by a crashing noise, this is what they call a whirlwind, which overthrows everything in its neighbourhood. When the same rages hotter and with a fiery flow, it is called a *prester*, as while sweeping away the things it comes in contact with it also scorches them up. *Kinds of whirlwind.* But a

PLINY: NATURAL HISTORY

fit autem aquilonius typhon, nec nivalis aut nive
 iacente¹ ecnephas. quod si simul rupit nubem
 exarsitque et ignem habuit, non postea concepit,
 134 fulmen est. distat a prestere quo flamma ab igni:
 hic late funditur flatu, illud conglobatur impetu.
 vertex autem remeando distat a turbine et quo
 stridor a fragore; procella latitudine ab utroque,
 disiecta nube verius quam rupta. fit et caligo
 beluae similis in² nube dira navigantibus. vocatur et
 columna, cum spissatus umor rigensque ipse se sus-
 tinet; ex eodem genere et aulon, cum veluti fistula
 nubes aquam trahit.

135 LI. Hieme et aestate rara fulmina contrariis de
 causis, quoniam hieme densatus aer nubium crassiore
 corio spissatur, omnisque terrarum exhalatio rigens
 ac gelida quicquid accipit ignei vaporis extinguit.
 quae ratio immunem Scythiam et circa rigentia
 a fulminum casu praestat, e diverso nimius ardor
 Aegyptum, siquidem calidi sicci que halitus terrae raro
 admodum tenuisque et infirmas densantur in nubes.

136 vere autem et autumnno crebriora fulmina, correptis³
 in utroque tempore aestatis hiemis que causis; qua
 ratione crebra in Italia, quia mobilior aer mitiore
 hieme et aestate nimbose semper quodammodo ver-
 nat vel autumnat. sunt in⁴ Italiae quoque partibus iis

¹ *v.l.* aut nivem iaciens (*del. ut gloss. Pintianus*).

² in *Mayhoff*: e aut *om. codd.* ³ *Rackham*: corruptis.

⁴ in *add. Rackham*.

typhoon does not occur with a northerly wind, nor a cloudburst with snow or when snow is lying. If it flared up as soon as it burst the cloud, and had fire in it, did not catch fire afterwards, it is a thunderbolt. It differs from a fiery pillar in the way in which a flame differs from a fire: a fiery pillar spreads out its blast widely, whereas a thunderbolt masses together its onrush. On the other hand a tornado differs from a whirlwind by returning, and as a whizz differs from a crash; a storm is different from either in its extent—it is caused by the scattering rather than the bursting of a cloud. There also occurs a darkness caused by a cloud shaped like a wild monster—this is direful to sailors. There is also what is called a column, when densified and stiffened moisture raises itself aloft; in the same class also is a waterspout, when a cloud draws up water like a pipe.

LI. Thunderbolts are rare in winter and in summer, from opposite causes. In winter, owing to the thicker envelope of cloud, the air is rendered extremely dense, and all the earth's exhalation being stiff and cold extinguishes whatever fiery vapour it receives. This reason renders Scythia and the frozen regions round it immune from the fall of thunderbolts, while conversely the excessive heat does the same for Egypt, inasmuch as the hot and dry exhalations from the earth condense very rarely, and only form thin and feeble clouds. But in spring and autumn thunderbolts are more frequent, their summer and winter causes being combined in each of those seasons; this explains why they are frequent in Italy, where the milder winter and stormy summer make the air more mobile, and it is always somewhat vernal or autumnal. Also in the parts of

Thunderbolts, their seasons;

PLINY: NATURAL HISTORY

quae a septentrione descendunt ad teporem, qualis est urbis et Campaniae tractus, iuxta hieme et aestate fulgurat, quod non in ¹ alio situ evenit.²

137 LII. Fulminum ipsorum plura genera traduntur. quae sicca veniunt non adurunt sed dissipant, quae fumida ³ non urunt sed infuscant. tertium est quod clarum vocant, mirificae maxime naturae, quo dolia exhauriuntur intactis operimentis nulloque alio vestigio relicto, aurum et aes et argentum liquatur intus, sacculis ipsis nullo modo ambustis ac ne confuso quidem signo cerae. Marcia femina ⁴ princeps Romanarum icta gravida partu exanimato ipsa citra ullum aliud incommodum vixit. in Catilinariis prodigiis Pompeiano ex municipio M. Herennius decurio sereno die fulmine ictus est.

138 LIII. Tuscorum litterae novem deos emittere fulmina existimant, eaque esse undecim generum, Iovem enim trina iaculari. Romani duo tantum ex iis servavere, diurna attribuentes Iovi, nocturna Summano, rariora sane eadem de causa frigidioris caeli. Etruria erumpere terra quoque arbitratur, quae infera appellat, brumali tempore facta saeva maxime et exsecrabilia, cum sint omnia quae terrena existimant non illa generalia nec a sideribus venientia

¹ in<ullo>alio? *Rackham.*

² evenit *om. codd. plurimi.*

³ fumida (*ψολόεντα* *Aristotle Meteorol.* 371 a 21) *Brotier:* umida. ,

⁴ femina *add. Mayhoff.*

Italy that slope down from the north towards the warmth, such as the district of Rome and the Campagna, lightning occurs in winter just as in summer, which does not happen in any other locality.

LII. Of thunderbolts themselves several varieties *their varieties.* are reported. Those that come with a dry flash do not cause a fire but an explosion. The smoky ones do not burn but blacken. There is a third sort, called 'bright thunderbolts,' of an extremely remarkable nature; this kind drains casks dry without damaging their lids and without leaving any other trace, and melts gold and copper and silver in their bags without singeing the bags themselves at all, and even without melting the wax seal. Marcia, a lady of high station at Rome, was struck by lightning when *enceinte*, and though the child was killed, she herself survived without being otherwise injured. Among the portents in connexion with Catiline, a town-councillor of Pompei named Marcus Herennius was struck by lightning on a fine day.

LIII. The Tuscan writers hold the view that there are nine gods who send thunderbolts, and that these are of eleven kinds, because Jupiter hurls three varieties. Only two of these deities have been retained by the Romans, who attribute thunderbolts in the daytime to Jupiter and those in the night to Summanus, the latter being naturally rare because the sky at night is colder. Tuscany believes that some also burst out of the ground, which it calls 'low bolts,' and that these are rendered exceptionally direful and accursed by the season of winter, though all the bolts that they believe of earthly origin are not the ordinary ones and do not come

sed ex proxima atque turbidiore natura : argumen-
 tum evidens, quod omnia e superiore caelo decidentia
 obliquos habent ictus, haec autem quae vocant
 139 terrena rectos. et quae¹ ex propiore materia cadunt
 ideo creduntur e terra exire quoniam ex repulso
 nulla vestigia edunt, cum sit illa ratio non inferi
 ictus sed aversi.² a Saturni ea sidere proficisci
 subtilius ista consectati putant, sicut cremantia a
 Martis, qualiter cum Volsinii, oppidum Tuscorum
 opulentissimum, totum concrematum est fulmine.
 vocant et familiaria, in totam vitam fatidica, quae
 prima fiunt familiam suam cuique indepto. cete-
 rum existimant non ultra decem annos portendere
 privata praeterquam aut primo matrimonio facta
 aut natali die, publica non ultra tricesimum annum
 praeterquam in deductione oppidi.

140 LIV. Exstat annalium memoria sacris quibusdam
 et precationibus vel cogi fulmina vel inpetrari. vetus
 fama Etruriae est inpetratum, Volsinios urbem
 depopulatis agris subeunte monstro quod vocavere
 Oltam, evocatum a Porsina suo rege. et ante eum
 a Numa saepius hoc factitatum in primo annalium
 suorum tradit L. Piso, gravis auctor, quod imitatum
 parum rite Tullum Hostilium ictum fulmine. lucos-

¹ Et quae *Mayhoff*: sed quia.

² *Rackham*: aversi.

• I.e. the air.

from the stars but from the nearer and more disordered element ^a: a clear proof of this being that all those coming from the upper heaven deliver slanting blows, whereas these which they call earthly strike straight. And those that fall from the nearer elements are supposed to come out of the earth because they leave no traces as a result of their rebound, although that is the principle not of a downward blow but of a slanting one. Those who pursue these enquiries with more subtlety think that these bolts come from the planet Saturn, just as the inflammatory ones come from Mars, as, for instance, when Bolsena, the richest town in Tuscany, was entirely burnt up by a thunderbolt. Also the first ones that occur after a man sets up house for himself are called 'family meteors,' as foretelling his fortune for the whole of his life. However, people think that private meteors, except those that occur either at a man's first marriage or on his birthday, do not prophecy beyond ten years, nor public ones beyond the 30th year, except those occurring at the colonization of a town.

LIV. Historical record also exists of thunderbolts being either caused by or vouchsafed in answer to certain rites and prayers. There is an old story of the latter in Tuscany, when the portent which they called Olta came to the city of Bolsena, when its territory had been devastated; it was sent in answer to the prayer of its king Porsina. Also before his time, as is recorded on the reliable authority of Lucius Piso in his *Annals* I, this was frequently practised by Numa, though when Tullus Hostilius copied him with incorrect ritual he was struck by lightning. We also have groves and

*Thunder
in answer
prayer.*

PLINY: NATURAL HISTORY

que et aras et sacra habemus, interque Statores ac Tonantes et Feretrios Elicium quoque accepimus
 141 Iovem. varia in hoc vitae sententia et pro cuiusque animo. imperare naturae sacra audacis est credere, nec minus hebetis beneficiis abrogare vires, quando in fulgurum quoque interpretatione eo profecit scientia ut ventura alia finito die praecinatur et an peremptura sint factum¹ aut² prius alia facta³ quae lateant, innumerabilibus in utroque publicis privatisque experimentis. quamobrem sint ista ut rerum naturae libuit, alias certa alias dubia, aliis probata aliis damnanda, nos cetera⁴ quae sunt in his memorabilia non omittemus.

142 LV. Fulgetrum prius cerni quam tonitrum audiri, cum simul fiant, certum est (nec mirum, quoniam lux sonitu velocior); ictum autem et sonitum congruere ita modulante natura, sed sonitum profecti esse fulminis, non inlati; etiamnum spiritum ociorem fulmine, ideo quati prius omne et adflari quam percuti; nec quemquam tangi qui viderit fulmen aut tonitrum audierit. laeva prospera existimantur quo-

¹ *v.l.* fatum.

² *v.l.* aut apertura.

³ *v.l.* fata.

⁴ *v.l.* de cetero.

^a Jupiter to whom *spolia opima* were offered in return for victory in battle.

altars and rites, and among the other Jupiters, the Stayers and Thunderers and Receivers of Offerings,^a tradition gives us Jupiter the Invoked. On this matter the opinion of mankind varies, in correspondence with our individual dispositions. It takes a bold man to believe that Nature obeys the behests of ritual, and equally it takes a dull man to deny that ritual has beneficent powers, when knowledge has made such progress even in the interpretation of thunderbolts that it can prophecy that others will come on a fixed day, and whether they will destroy a previous one or other previous ones that are concealed: this progress has been made by public and private experiments in both fields. In consequence although such indications are certain in some cases but doubtful in others, and approved to some persons but in the view of others to be condemned, in accordance with Nature's will and pleasure, we for our part are not going to leave out the rest of the things worth recording in this department.

LIV. It is certain that when thunder and lightning occur simultaneously, the flash is seen before the thunderclap is heard (this not being surprising, as light travels more swiftly than sound); but that Nature so regulates the stroke of a thunderbolt and the sound of the thunder that they occur together, although the sound is caused by the bolt starting, not striking; moreover that the current of air travels faster than the bolt, and that consequently the object always is shaken and feels the blast before it is struck; and that nobody hit has ever seen the lightning or heard the thunder in advance. Flashes on the left are considered lucky, because the sun

Thunder and lightning.

PLINY: NATURAL HISTORY

niam laeva parte mundi ortus est; nec tam adventus spectatur quam reditus, sive ab ictu resilit ignis sive opere confecto aut igne consumpto spiritus remeat.

- 143 In sedecim partes caelum in eo spectu divisere Tuscii: prima est a septemtrionibus ad aequinoctialem exortum, secunda ad meridiem, tertia ad aequinoctialem occasum, quarta obtinet quod reliquum est ab occasu ad septemtriones; has iterum in quaternas divisere partes, ex quibus octo ab exortu sinistras, totidem e contrario appellavere dextras. ex his maxime dirae quae septemtriones ab occasu attingunt. itaque plurimum refert unde venerint fulmina et quo concesserint. optimum est in
- 144 exortivas redire partes. ideo cum a prima caeli parte venerint et in eandem concesserint, summa felicitas portendetur, quale Sullae dictatori ostentum datum accepimus; cetera ad ipsius mundi portionem ¹ minus prospera aut dira. quidam ² fulgura enuntiare non putant fas nec audire, praeterquam si hospiti indicentur aut parenti.

Magna huius observationis vanitas tacta Iunonis aede Romae deprehensa est Scauro consule qui mox princeps fuit.

- 145 Noctu magis quam interdiu sine tonitribus fulgurat. unum animal hominem non semper ex-

¹ *Mayhoff* (cf. xiii 133 etc.): cetera ipsius mundi portione.

² *Rackham*: quaedam.

^a It is assumed that an observer faces South.

^b 115 B.C.

^c Cf. XXXVI. 144 *princeps civitatis*.

rises on the left-hand ^a side of the firmament; and their approach is not so visible as their return, whether after the blow a fire springs from it or the breath returns when its work is done or its fire used up.

In making these observations the Tuscans divided the heaven into sixteen parts: the first quarter is from the North to the equinoctial sunrise (East), the second to the South, the third to the equinoctial sunset (West), and the fourth occupies the remaining space extending from West to North; these quarters they subdivided into four parts each, of which they called the eight starting from the East the left-hand regions and the eight opposite ones the right-hand. Of these the most formidable are those lying between West and North. Hence the line of approach and the line of retirement of thunderbolts is of very great importance. It is best for them to return to parts in the region of sunrise. Accordingly it will be a portent of supreme happiness when they come from the first part of the sky and retire to the same part—a sign that history records to have been vouchsafed to the dictator Sulla; but all the others are less fortunate or actually direful, in accordance with the division of the actual firmament where they occur. Some people think it wrong to give or to listen to reports of thunderbolts, except if they are told to a guest or a parent.

The great folly of paying attention to these occurrences was discovered when the Temple of Juno at Rome was struck by lightning in the consulship ^b of Scæurus, who was afterwards head of the state.^c

Lightning unaccompanied by thunder occurs more often by night than in the daytime. Man is the one

*Augury by
thunderbolts.*

*Lightning
effects of.*

PLINY: NATURAL HISTORY

stinguit, cetera illico, hunc videlicet natura tribuente honorem cum tot beluae viribus praestent. omnia contrarias incubant in partes. homo nisi convertatur vi percussus non exspirat. superne icti considunt. vigilans ictus coniventibus oculis, dormiens patentibus reperitur. hominem ita exanimatum cremari fas non est, condi terra religio tradidit. nullum animal nisi exanimatum fulmine accenditur. volnera fulminatorum frigidiora sunt
 146 reliquo corpore. LVI. ex iis quae terra gignuntur lauri fruticem non icit. nec umquam quinque altius pedibus descendit in terram; ideo pavidii altiores specus tutissimos putant, aut tabernacula pellibus beluarum quas vitulos appellant, quoniam hoc solum animal ex marinis non percutiat, sicut nec e volucris aquilam, quae ob hoc armigera huius teli fingitur. in Italia inter Tarracinam et aedem Feroniae turres belli Caesariani¹ temporibus desiere fieri nulla non earum fulmine diruta.

147 LVII. Praeter haec in² inferiore caelo relatum in monumenta est lacte et sanguine pluisse M'. Acilio C. Porcio coss. et saepe alias carne sicut P. Volumnio Servio Sulpicio coss., exque ea non putruisse quod non

¹ *Detlefsen*: bellices (belli civilis *Mayhoff*).

² in *om. v.l.*

^a 114 B.C.

^b 461 B.C.

creature that is not always killed when struck—all others are killed on the spot; nature doubtless bestows this honour on man because so many animals surpass him in strength. All things (when struck) fall in the opposite direction to the flash. A man does not die unless the force of the blow turns him right round. Men struck from above collapse. A man struck while awake is found with his eyes shut; while asleep, with them open. It is not lawful to cremate a man who loses his life in this manner; religious tradition prescribes burial. No living creature can be burnt by lightning without being killed. The temperature of the wound of those struck is lower than that of the rest of the body. LVI. Among things that grow in the ground, it does not strike a laurel bush. It never penetrates more than five feet into the earth; consequently when in fear of lightning men think caves of greater depth are the safest, or else a tent made of the skin of the creatures called sea-calves, because that alone among marine animals lightning does not strike, just as it does not strike the eagle among birds; this is why the eagle is represented as armed with a thunderbolt as a weapon. In Italy in the time of the Caesarian war people ceased to build towers between Terracina and the Temple of Feronia, as every tower there was destroyed by lightning.

LVII. Besides these events in the lower sky, it is entered in the records that in the consulship ^a of Manius Acilius and Gaius Porcius it rained milk and blood, and that frequently on other occasions there it has rained flesh, for instance in the consulship ^b of Publius Volumnius and Servius Sulpicius, and that none of the flesh left unplundered by birds of prey

*Rain of
blood, etc.*

PLINY: NATURAL HISTORY

diripuissent aves, item ferro in Lucanis anno antequam M. Crassus a Parthis interemptus est omnesque cum eo Lucani milites, quorum magnus numerus in exercitu erat: effigies quo¹ pluit ferri spongearum² similis fuit; haruspices praemonuerunt superna volnera. L. autem Paullo C. Marcello coss. lana pluit circa castellum Compsanum, iuxta quod post annum T. Annius Milo occisus est. eodem causam dicente lateribus coctis pluuisse in acta eius anni relatum est.

148 LVIII. Armorum crepitus et tubae sonitus auditos e caelo Cimbricis bellis accepimus, crebroque et prius et postea. tertio vero consulatu Mari ab Amerinis et Tudertibus spectata arma caelestia ab ortu occasuque inter se concurrentia, pulsus quae ab occasu erant. ipsum ardere caelum minime mirum est et saepius visum maiore igne nubibus conreptis.

149 LIX. Celebrant Graeci Anaxagoran Clazomenium Olympiadis septuagesimae octavae secundo anno praedixisse caelestium litterarum³ scientia quibus diebus saxum casurum esset e sole, idque factum interdiu in Thraciae parte ad Aegos flumen (qui lapis etiamnunc ostenditur magnitudine vehis, colore adusto) comete quoque illis noctibus flagrante. quod si quis praedictum credat, simul fateatur necesse est

¹ *Mayhoff*: que aut quae.

² *Mayhoff*: spongearum ferri aut spongearum.

³ *v.l.* caelestium militiarum.

^a In the battle of Carrhae 53 B.O.

^b I.e. lumps of porous stone.

^c 49 B.C. ^d Now Conza, in Samnium.

^e From North Germany, 113-101 B.C.

103 B.C. ^f Now Todi. ^h 467 B.O.

went bad; and similarly that it rained iron in the district of Lucania the year before Marcus Crassus was killed ^a by the Parthians and with him all the Lucanian soldiers, of whom there was a large contingent in his army; the shape of the iron that fell resembled sponges ^b; the augurs prophesied wounds from above. But in the consulship ^c of Lucius Paullus and Gaius Marcellus it rained wool in the vicinity of Compsa ^d Castle, near which Titus Annius Milo was killed a year later. It is recorded in the annals of that year that while Milo was pleading a case in court it rained baked bricks.

LVIII. We are told that during the wars with the Cimbri ^e a noise of clanging armour and the sounding of a trumpet were heard from the sky, and that the same thing has happened frequently both before then and later. In the third consulship ^f of Marius the inhabitants of Ameria and Tuder ^g saw the spectacle of heavenly armies advancing from the East and the West to meet in battle, those from the West being routed. It has often been seen, and is not at all surprising, that the sky itself catches fire when the clouds have been set on fire by an exceptionally large flame. *Armies in the sky.*

LIX. The Greeks tell the story that Anaxagoras of Clazomenae in the 2nd year ^h of the 78th Olympiad was enabled by his knowledge of astronomical literature to prophecy that in a certain number of days a rock would fall from the sun; and that this occurred in the daytime in the Goat's River district of Thrace (the stone is still shown—it is of the size of a wagon-load and brown in colour), a comet also blazing in the nights at the time. If anyone believes in the fact of this prophecy, that involves his allowing *Sun-stones*

PLINY: NATURAL HISTORY

maioris miraculi divinitatem Anaxagorae fuisse, solvi-
que rerum naturae intellectum et confundi omnia si
aut ipse sol lapis esse aut umquam lapidem in eo
fuisse credatur. decidere tamen crebro non erit
150 dubium. in Abydi gymnasium ex ea causa colitur
hodieque modicus quidem sed quem in medio
terrarum casurum idem Anaxagoras praedixisse
narratur. colitur et Cassandriae, quae Potidaea
vocitata est, ob id deductae. ego ipse vidi in
Vocontiorum agro paulo ante delapsus.¹

LX. Arcus vocamus extra miraculum frequentes
et extra ostentum; nam ne pluvios quidem aut
serenos dies cum fide portendunt. manifestum est
radium solis inmissum caevae nubi repulsa acie in
solem refringi, colorumque varietatem mixtura
nubium, ignium, aeris fieri. certe nisi sole adverso
non fiunt, nec umquam nisi dimidia circuli forma, nec
noctu, quamvis Aristoteles prodat aliquando visum,
quod tamen fatetur idem non nisi quartadecima²
151 luna fieri posse. fiunt autem hieme maxime ab
aequinoctio autumnali die decrescente; quo rursus
crescente ab aequinoctio verno non existunt, nec
circa solstitium longissimis diebus, bruma vero [id
est brevissimis³] frequenter; iidem sublimes humili

¹ *Rackham*: delatum.

² *edd.* (= XIV): tricesima (= XXX).

³ *Seclusit Mayhoff.*

^a 'Potidaea' from ποτί = πρὸς and δαίωμαi 'to burn' (Brotier)

^b The MSS. give 'brought in' (from the country).

^c Aristotle, *Meteorologica*, III, ii, 372a, 27 ἐν τῇ πανσελήνῳ
(meaning any time when the moon is more than at half).

^d The omitted clause 'that is, at the shortest days' looks
like a philological note on 'bruma.'

that the divining powers of Anaxagoras covered a greater marvel, and that our understanding of the physical universe is annihilated and everything thrown into confusion if it is believed either that the sun is itself a stone or ever had a stone inside it. But it will not be doubted that stones do frequently fall. A stone is worshipped for this reason even at the present day in the exercising ground at Abydos—one of moderate size, it is true, but which the same Anaxagoras is said to have prophesied as going to fall in the middle of the country. There is also one that is worshipped at Cassandria, the place that has been given the name of Potidaea,^a and where a colony was settled on account of this occurrence. I myself saw one that had recently come down ^b in the territory of the Vocontii.

LX. The common occurrences that we call rainbows *Rainbows.* have nothing miraculous or portentous about them, for they do not reliably portend even rain or fine weather. The obvious explanation of them is that a ray of the sun striking a hollow cloud has its point repelled and is reflected back to the sun, and that the diversified colouring is due to the mixture of clouds, fires and air. Rainbows certainly do not occur except opposite to the sun, and never except in semi-circular shape, and not at night time, although Aristotle does state that a rainbow has been sometimes seen at night, though he also admits that it cannot happen except on the 14th day of the lunar month.^c Rainbows in winter occur chiefly when the day is drawing in after the autumnal equinox; when the day draws out again after the vernal equinox they do not occur, nor in the longest days about the solstice, but they occur frequently in midwinter ^d; also they are high

sole humilesque sublimi, et minores oriente aut occidente sed in latitudinem demissi, meridie exiles verum ambitus maioris. aestate autem per meridiem non cernuntur post autumnii aequinoctium quacumque hora; nec umquam plures simul quam duo.

- 152 LXI. Cetera eiusdem naturae non multis dubia esse video: grandinem congelato imbri gigni et nivem eodem umore mollius coacto, pruina autem ex rore gelido; per hiemem nives cadere, non grandines, ipsasque grandines interdum saepius quam noctu, et multo celerius resolvi quam nives; nebulas nec aestate nec maximo frigore existere, rores neque gelu neque ardoribus neque ventis nec nisi serena nocte; gelando liquorem minui, resolutaque glacie non eundem inveniri modum; varietates colorum figurarumque in nubibus cerni prout admixtus ignis superet aut
153 vincatur; LXII. praeterea quasdam proprietates quibusdam locis esse, roscidas aestate Africae noctes, in Italia Locris et in lacu Velino nullo non die adparere arcus, Rhodi et Syracusis numquam tanta nubila obduci ut non aliqua hora sol cernatur; qualia aptius suis referentur locis.

Haec sint dicta de aere.

- 154 LXIII. Sequitur terra, cui uni rerum naturae partium eximia propter merita cognomen indidimus maternas veneracionis. sic hominum illa ut caelum dei, quae nos nascentes excipit, natos alit, semelque

* That is, the water is of larger bulk than the ice was. In fact of course the opposite is true.

in the sky when the sun is low and low when it is high; and smaller but of wider breadth at sunrise or sunset, and narrow but of large circumference at midday. In summer they are not seen during midday, but after the autumn equinox they are seen at any hour; and never more than two are seen at once.

LXI. I observe that the facts as to the other phenomena of the same kind are generally familiar: viz. that hail is produced from frozen rain and snow from the same fluid less solidly condensed, but hoar frost from cold dew; that snow falls during winter but not hail, and hail itself falls more often in the daytime than at night, and melts much faster than snow; that mists do not occur in summer nor in extremely cold weather, nor dew in frosty or very hot or windy weather, and only on fine nights; that liquid is reduced in bulk by freezing, and when ice is thawed the bulk produced is not the same ^a; that variations of colour and shape are seen in the clouds in proportion as the fire mingled with them gains the upper hand or is defeated; LXII. and moreover that particular places have particular special qualities: the nights of Africa are dewy in summer, in Italy rainbows are seen every day at Locri and at the Veline Lake, at Rhodes and Syracuse there is never such a thick curtain of cloud that the sun is not visible at some hour of the day. Such special features will be more suitably related in their places.

*Hail, snow
frost,
rainbows.*

So much on the subject of the air.

LXIII. Next comes the earth, the one division of the natural world on which for its merits we have bestowed the venerable title of mother. She belongs to men as the sky belongs to God: she receives us at birth, and gives us nurture after birth, and when once

*Mother
Earth.*

PLINY: NATURAL HISTORY

editos sustinet semper, novissime complexa gremio iam a reliqua natura abdicatos tum maxime ut mater operiens, nullo magis sacra merito quam quo nos quoque sacros facit, etiam monimenta ac titulos gerens nomenque prorogans nostrum et memoriam extendens contra¹ brevitatem aevi, cuius numen ultimum iam nullis precamur irati grave, tamquam nesciamus hanc esse solam quae numquam irascatur
 155 homini. aquae subeunt in imbres, rigescunt in grandines, tumescunt in fluctus, praecipitantur in torrentes; aer densatur nubibus, furit procellis; at haec benigna, mitis, indulgens, ususque mortalium semper ancilla, quae coacta generat, quae sponte fundit, quos odores saporisque, quos sucos, quos tactus, quos colores! quam bona fide creditum faenus² reddit! quae nostra causa alit! pestifera enim animantia, vitali spiritu habente culpam, illi necesse est seminata excipere et genita sustinere, sed in malis generantium noxa est. illa serpentem homine percusso amplius non recipit, poenasque etiam inertium nomine exigit; illa medicas fundit herbas,
 156 et semper homini parturit; quin et venena nostri miseritam instituisse credi potest, ne in taedio vitae fames, mors terrae meritis alienissima, lenta nos consumeret tabe, ne lacerum corpus abrupta dis-

¹ *ultra Haupt.*

² *faenus v.l. om.*

^a 'Sit tibi terra gravis.' 'Sit tibi terra levis' was common on gravestones.

^b This oddly inaccurate phrase occurs at V. 24, and in Plautus and Cicero.

^c Cf. *infra* 158 *fin.*

^d Cf. XXIX 74.

brought forth she upholds us always, and at the last when we have now been disinherited by the rest of nature she embraces us in her bosom and at that very time gives us her maternal shelter; sanctified by no service more than that whereby she makes us also sacred, even bearing our monuments and epitaphs and prolonging our name and extending our memory against the shortness of time; whose divinity is the last which in anger we invoke to lie heavy ^a on those who are now no more, as though we did not know that she is the only element that is never wroth with man. Water rises in mist, freezes into hail, swells in waves, falls headlong in torrents; air becomes thick with clouds and rages with storms; but earth is kind and gentle and indulgent, ever a handmaid in the service of mortals, producing under our compulsion, or lavishing of her own accord, what scents and savours, what juices, what surfaces for the touch, what colours! how honestly she repays the interest lent her! ^b what produce she fosters for our benefit! since for living creatures that are noxious the breath of life is to blame—she is compelled to receive them when their seed is sown and to maintain them when they have been born; but their harm lies in the evils of those that generate them. ^c When a serpent has stung a man she harbours it no more, ^d and she exacts retribution even on the account of the helpless; she produces medicinal herbs, and is ever fertile for man's benefit; nay, even poisons she may be thought to have invented out of compassion for us, lest, when we were weary of life, hunger, the death most alien to earth's beneficence, should consume us with slow decay, lest precipices should scatter in fragments our lacerated body, lest

*Earth's
bounty.*

PLINY: NATURAL HISTORY

pergerent, ne laquei torqueret poena praepostera
 incluso spiritu cui quaereretur exitus, ne in profundo
 quaesita morte sepultura pabulo ficret, ne ferri
 cruciatus scindæret corpus. ita est, miserita genuit
 id cuius facillimo haustu inlibato corpore et cum toto
 sanguine exstingueremur nullo labore, sitientibus
 similes, qualiter defunctos non volucris, non ferae
 attingerent, terraeque servaretur qui sibi ipsi
 157 periisset. verum fateamur: terra nobis malorum
 remedium genuit, nos illud vitae fecimus venenum;
 non enim et ferro, quo carere non possumus, simili
 modo utimur? nec tamen quereremur merito etiamsi
 malefici causa tulisset. adversus unam quippe
 naturae partem ingrati sumus. quas non ad delicias
 quasque non ad contumelias servit homini? in
 maria iacitur, aut ut freta admittamus eroditur,
 aquis, ferro, ligno, igni, lapide, fruge omnibus crucia-
 tur horis, multoque plus ut deliciis quam ut alimen-
 158 tis famuletur nostris. ut¹ tamen quae summa
 patitur atque extrema cute tolerabilia videantur,
 penetramus in viscera auri argentique venas et aeris
 ac plumbi metalla fodientes, gemmas etiam et
 quosdam parvolos quaerimus lapides scrobibus in pro-
 fundum actis, viscera eius extrahimus, ut digito
 gestetur gemma petitur. quot manus atteruntur ut
 unus niteat articulus! si ulli essent inferi, iam pro-

¹ *Sillig*: et.

^a Or 'should be effected by our becoming food,' sc. for fishes.

we should be tortured by the perverted punishment of the noose which imprisons the breath whose departure it is seeking; lest if we sought death in the deep our burial should serve for fodder^a; lest the torture of the steel should cleave our body. So is it! in mercy did she generate the potion whereof the easiest draught—as men drink when thirsty—might painlessly just blot us out, without injury to the body or loss of blood, in such wise that when dead no birds nor beasts should touch us, and one that had perished for himself should be preserved for the earth. Let us own the truth: what earth has produced as a cure for our ills, we have made into a deadly poison; why, do we not also put her indispensable gift of iron to a similar use? Nor yet should we have any right to complain even if she had engendered poison to serve the purpose of crime. In fact in regard to one of nature's elements we have no gratitude. For what luxuries and for what outrageous uses does she not subserve mankind? She is flung into the sea, or dug away to allow us to let in the channels. Water, iron, wood, fire, stone, growing crops, are employed to torture her at all hours, and much more to make her minister to our luxuries than our sustenance. Yet in order to make the sufferings inflicted on her surface and mere outer skin seem endurable, we probe her entrails, digging into her veins of gold and silver and mines of copper and lead; we actually drive shafts down into the depth to search for gems and certain tiny stones; we drag out her entrails, we seek a jewel merely to be worn upon a finger! How many hands are worn away with toil that a single knuckle may shine resplendent! If any beings of the nether world

*Man's abuse
of her gifts.*

PLINY: NATURAL HISTORY

fecto illos avaritiae atque luxuriae cuniculi refodissent! et miramur si eadem ad noxam genuit aliqua?
 159 ferae enim, credo, custodiunt illam arcentque sacrilegas manus; nonne¹ inter serpentes fodimus et venas auri tractamus cum veneni radicibus? placatiore tamen dea utimur ob hoc, quod omnes hi opulentiae exitus ad scelera caedesque et bella tendunt, quamque sanguine nostro rigamus insepultis ossibus tegimus, quibus tamen velut expurgato² furore tandem ipsa se obducit et scelera quoque mortalium occultat.

Inter crimina ingrati animi et hoc duxerim quod
 160 naturam eius ignoramus. LXIV. est autem figura prima de qua consensus iudicat. orbem certe dicimus terrae, globumque verticibus includi fatemur. neque enim absoluti orbis est forma in tanta montium excelsitate, tanta camporum planitie, sed cuius amplexus, si capita cunctarum³ linearum comprehendantur ambitu, figuram absoluti orbis efficiat—id quod ipsa rerum natura cogit, non eisdem causis quas attulimus in caelo. namque in illo cava in se convexitas vergit et cardini suo, hoc est terrae, undique incumbit, haec ut solida ac conferta adsurgit intumescenti similis extraque protenditur. mundus in centrum vergit, at terra exit a centro, immensum

¹ *v.l.* non.

² *Rackham*: exprobrato.

³ *Ignotus apud Dalecampium*: si cuncta aut si capita.

^a I.e. imaginary radii drawn from the centre to the topmost point of each protuberance on the earth's surface.

existed, assuredly even they would have been dug up ere now by the burrowings of avarice and luxury! And can we wonder if earth has also generated some creatures for our harm? since the wild animals, I well believe, are her guardians, and protect her from sacrilegious hands; do not serpents infest our mines, do we not handle veins of gold mingled with the roots of poison? Yet that shows the goddess all the kinder towards us, because all these avenues from which wealth issues lead but to crime and slaughter and warfare, and her whom we besprinkle with our blood we cover with unburied bones, over which nevertheless, when at length our madness has been finally discharged, she draws herself as a veil, and hides even the crimes of mortals.

I would reckon this too among the crimes of our ingratitude, that we are ignorant of her nature. LXIV. But her shape is the first fact about which men's judgement agrees. We do undoubtedly speak of the earth's sphere, and admit that the globe is shut in between poles. Nor yet in fact do all these lofty mountains and widely spreading plains comprise the outline of a perfect sphere, but a figure whose circuit would produce a perfect sphere if the ends of all the lines ^a were enclosed in a circumference. This is the consequence of the very nature of things, it is not due to the same causes as those we have adduced in the case of the heaven; for in the heaven the convex hollow converges on itself and from all sides rests upon its pivot, the earth, whereas the earth being a solid dense mass rises like an object swelling, and expands outward. The world converges to its centre, whereas the earth radiates outward from its centre, the ceaseless revolution of the world around

*The earth's
conform-
ation.*

PLINY: NATURAL HISTORY

eius globum in formam orbis adsidua circa eam mundi volubilitate cogente.

- 161 LXV. Ingens hic pugna litterarum¹ contraque volgi: circumfundi terrae undique homines con- versisque inter se pedibus stare, et cunctis similem esse caeli verticem,² simili modo ex quacumque parte mediam³ terram⁴ calcari, illo quaerente, cur non decidant contra siti, tamquam non ratio praesto sit ut nos non decidere mirentur illi. intervenit sententia quamvis indocili probabilis turbae, inaequali globo, ut si sit figura pineae nucis, nihilominus terram
- 162 undique incoli. Sed quid hoc refert alio miraculo exoriente, pendere ipsam ac non cadere nobiscum?— ceu spiritus vis, mundo praesertim inclusi, dubia sit, aut possit cadere natura repugnante et quo cadat negante! nam sicut ignium sedes non est nisi in ignibus, aquarum nisi in aquis, spiritus nisi in spiritu, sic terrae arcentibus cunctis nisi in se locus non est. globum tamen effici mirum est in tanta planitie maris camporumque. cui sententiae adest Dicaearchus, vir in primis eruditus, regum cura permensus montes, ex quibus altissimum prodidit Pelium MCCL passuum ratione perpendiculi, nullam esse eam portionem

¹ litteratorum? *Rackham.*

² *v.ll.* verticem caeli *aut* verticem.

³ *v.l.* media. ⁴ terram *add.* *Rackham.*

^a *Passus* = 2 *gradus* = 5 Roman feet, 1·617 yards, making Pelion's height as stated here over 6,000 English feet. The *Encyclopaedia Britannica* gives it as 5,340 feet. Pliny overstates the Alpine heights fantastically.

her forcing her immense globe into the shape of a sphere.

LXV. Here there is a mighty battle between *Earth* learning on one side and the common herd on the *spherical*. other: the theory being that human beings are distributed all round the earth and stand with their feet pointing towards each other, and that the top of the sky is alike for them all and the earth trodden under foot at the centre in the same way from any direction, while ordinary people enquire why the persons on the opposite side don't fall off—just as if it were not reasonable that the people on the other side wonder that we do not fall off. There is an intermediate theory that is acceptable even to the unlearned crowd—that the earth is of the shape of an irregular globe, resembling a pine cone, yet nevertheless is inhabited all round. But what is the good of this theory when there arises another marvel, that the earth herself hangs suspended and does not fall and carry us with it? As if forsooth there were any doubt about the force of breath, especially when shut up inside the world, or as if it were possible for the earth to fall when nature opposes, and denies it any place to fall to! For just as the sole abode of fires is in the element of fire, and of waters in water, and of breath in breath, so earth, barred out by all the other elements, has no place except in itself. Yet it is surprising that with this vast level expanse of sea and plains the resulting formation is a globe. This view has the support of Dicaearchus, a *savant* of the first rank, who with the support of royal patrons took the measurement of mountains, and published that the highest of them was Pelion, with an altitude of 1250 paces,^a inferring that this was no portion

PLINY: NATURAL HISTORY

universae rotunditatis colligens. mihi incerta haec videtur coniectatio, haud ignaro quosdam Alpium vertices longo tractu nec brevior quinquaginta milibus passuum adsurgere.

- 163 Sed volgo maxima haec pugna est, si coactam in verticem aquarum quoque figuram credere cogatur. atqui non aliud in rerum natura adspectu manifestius. namque et dependentes ubique guttae parvis globantur orbibus et pulveri inlatae frondiumque lanugini inpositae absoluta rotunditate cernuntur, et in poculis repletis media maxime tument, quae propter subtilitatem umoris mollitiamque in se residentem ratione facilius quam visu deprehenduntur; idque etiam magis mirum, in poculis repletis addito umore minimo circumfluere quod supersit, contra evenire ponderibus additis ad vicanos saepe denarios, scilicet quia intus recepta liquorem in verticem attollant, at cumulo eminenti infusa
- 164 delabantur. eadem est causa propter quam e navibus terra non cernatur e navium malis conspicua, ac procul recedente navigio, si quid quod fulgeat religetur in mali cacumine, paulatim descendere videatur et postremo occultetur. denique oceanus, quem fatemur ultimum, quanam alia figura cohaereret atque non decideret nullo ultra margine includente? id ipsum ad miraculum redit, quonam modo, etiamsi

^a I.e. a negligible fraction of the earth's diameter, a negligible protrusion.

of the earth's general sphericity.^a To me this seems a questionable guess, as I know that some peaks of the Alps rise to a great height, not less than 50,000 paces.

But what the crowd most debates is if it must believe that the conformation of the waters also rises in a curve. Nevertheless nothing else in the natural world is more visibly manifest. For (1) hanging drops of liquid always take the shape of small round globes; (2) when dropped on dust or placed on the downy surface of leaves they are seen to be absolutely spherical; (3) in goblets when filled the surface curves upward most at the centre, though owing to the transparency of the liquid and its fluidity tending to find its own level this is more easily discovered by theory than by observation; and (4) a still more remarkable fact is that when a very little additional liquid is poured into a cup that has already been filled the surplus overflows, but the opposite happens when weighty solids, often as many as 20 coins, are put into it, presumably because these pass inside the liquid and raise its surface to a peak, whereas liquids poured on to the upward curving surface slip off. (5) The same cause explains why the land is not visible from the deck of a ship when in sight from the masthead; and why as a vessel passes far into the distance, if some shining object is tied to the top of the mast it appears slowly to sink and finally it is hidden from sight. Lastly (6) what other conformation could have caused the ocean, which we acknowledge to be at the extreme outside, to cohere and not fall away, if there is no boundary beyond to enclose it? The very question as to how, although the sea is globular in shape, its edge does

*Spherical
surface of
the oceans.*

PLINY: NATURAL HISTORY

globetur, extremum non decidat mare. contra quod, ut sint plana maria et qua videntur figura, non posse id accidere magno suo gaudio magnaue gloria inventores Graeci subtilitate geometrica docent.

165 namque cum e sublimi in inferiora aquae ferantur et sit haec natura earum confessa, nec quisquam dubitet in litore ullo accessisse eas quo longissime devexitas passa sit, procul dubio adparere quo quid humilium sit propius a centro esse terrae, omnesque linias quae emittantur ex eo ad proximas aquas breviores fieri quam quae ad extremum mare a primis aquis; ergo totas omnique ex parte aquas vergere in centrum, ideoque non decidere quoniam in interiora nitantur.

166 LXVI. Quod ita formasse artifex naturae¹ credi debet, ut, cum terra arida et sicca constare per se ac sine umore non posset, nec rursus stare aqua nisi sustinente terra, mutuo inplexu iungerentur, hac sinus pandente, illa vero permeante totam intra extra infra² supra venis ut vinculis discurrentibus, atque etiam in summis iugis erumpente, quo spiritu acta et terrae pondere expressa siphonum modo emicat, tantumque a periculo decidendi abest ut in summa quaeque et altissima exsiliat. qua ratione mani-

¹ *v.l.* natura.

² *infra add. edd.*

not fall away, itself ranks with the marvellous. On the other side the Greek investigators, greatly to their delight and to their glory, prove by subtle mathematical reasoning that it cannot possibly be the case that the seas are really flat and have the shape that they appear to have. For, they argue, while it is the case that water travels downward from an elevation, and this is its admitted nature, and nobody doubts that the water on any coast has reached the farthest point allowed by the slope of the earth, it is manifest beyond doubt that the lower an object is the nearer it is to the centre of the earth, and that all the lines drawn from the centre to the nearest bodies of water are shorter than those drawn from the edge of these waters to the farthest point in the sea : it therefore follows that all the water from every direction converges towards the centre, this pressure inward being the cause of its not falling off.

LXVI. The reason for this formation must be thought to be the inability of earth when absolutely dry to cohere of itself and without moisture, and of water in its turn to remain still without being held up by earth ; the intention of the Artificer of nature must have been to unite earth and water in a mutual embrace, earth opening her bosom and water penetrating her entire frame by means of a network of veins radiating within and without, above and below, the water bursting out even at the tops of mountain ridges, to which it is driven and squeezed out by the weight of the earth, and spurts out like a jet of water from a pipe, and is so far from being in danger of falling down that it leaps upward to all the loftiest elevations. This theory shows clearly why the seas

*Coherence of
earth and
water.*

PLINY: NATURAL HISTORY

festum est quare tot fluminum cotidiano accessu maria non crescant. est igitur in toto suo globo tellus medio ambitu praecincta circumfluo mari, nec argumentis hoc investigandum, sed iam experimentis cognitum.

- 167 LXVII. A Gadibus columnisque Herculis Hispaniae et Galliarum circuitu totus hodie navigatur occidentis. septentrionalis vero oceanus maiore ex parte navigatus est auspiciis divi Augusti Germaniam classe circumvecta ad Cimbrorum promunturium et inde in immenso mari prospecto aut fama cognito Scythicam ad plagam et umore nimio rigentia. propter quod minime verisimile est illic maria deficere ubi umoris vis superet. iuxta vero ab ortu ex Indico mari sub eodem sidere pars tota vergens in Caspium mare pernavigata est Macedonum armis Seleuco atque Antiocho regnantibus, qui et Seleucida et Antiochida
 168 ab ipsis appellari voluere. et circa Caspium multa oceani litora explorata parvoque brevius quam totus hinc aut illinc septentrio eremigatus, ut iam¹ coniecturae locum sic quoque non relinquat ingens argumentum paludis Maeoticae, sive ea illius oceani sinus est, ut multos adverte credidisse, sive angusto discreti situ restagnatio. alio latere Gadium ab eodem occidente magna pars meridiani sinus ambitu Mauretaniae

¹ *Mayhoff*: tamen.

^a Cape Skagen, Jutland.

^b The Caspian Sea was believed to have an outlet by a Strait into the Outer Ocean, which was thought to flow not far north of the Himalayas and South Russia.

do not increase in bulk with the daily accession of so many rivers. The consequence is that the earth at every point of its globe is encircled and engirdled by sea flowing round it, and this does not need theoretical investigation, but has already been ascertained by experience.

LXVII. Today the whole of the West is navigated from Cadiz and the Straits of Gibraltar all round Spain and France. But the larger part of the Northern Ocean was explored under the patronage of his late Majesty Augustus, when a fleet sailed round Germany to the promontory of the Cimbri,^a and thence seeing a vast sea in front of them or learning of it by report, reached the region of Scythia and localities numb with excessive moisture. On this account it is extremely improbable that there is no sea in those parts, as there is a superabundance of the moist element there. But next, on the Eastward side, the whole quarter under the same star stretching from the Indian Ocean to the Caspian Sea^b was navigated throughout by the Macedonian forces in the reigns of Seleucus and Antiochus, who desired that it should be called both Seleucis and Antiochis after themselves. And many coasts of Ocean round the Caspian have been explored, and very nearly the whole of the North has been completely traversed from one side to the other by galleys, so that similarly also there is now overwhelming proof, leaving no room for conjecture, of the existence of the Maeotic Marsh, whether it be a gulf of that Ocean, as I notice many have believed, or an overflow from it from which it is separated off by a narrow space. On the other side of Cadiz, from the same Western point, a great part of the Southern gulf is navigated today in the

*Circum-
navigation of
the earth.*

PLINY: NATURAL HISTORY

- navigatur hodie. maiorem quidem eius partem et orientis victoriae magni Alexandri lustravere usque in Arabicum sinum, in quo res gerente C. Caesare Augusti filio signa navium ex Hispaniensibus nau-
 169 fragiis feruntur agnita. et Hanno Carthaginis potentia florente circumvectus a Gadibus ad finem Arabiae navigationem eam prodidit scripto, sicut ad extera Europae noscenda missus eodem tempore Himilco. praeterea Nepos Cornelius auctor est Eudoxum quendam sua aetate, cum Lathyrum regem fugeret, Arabico sinu egressum Gades usque
 170 conmerci gratia. idem Nepos de septentrionali circuitu tradit Quinto Metello Celeri, Afrani in consulatu collegae sed tum Galliae proconsuli, Indos a rege Sueborum dono datos, qui ex India conmerci causa navigantes tempestatibus essent in Germaniam abrepti. sic maria circumfusa undique dividuo globo partem orbis auferunt nobis nec inde huc nec hinc illo pervio tractu. quae contemplatio apta detegendae mortalium vanitati poscere videtur ut totum hoc quicquid est in quo singulis nihil satis est ceu subiectum oculis quantum sit ostendam.
- 171 LXVIII. Iam primum in dimidio computari videtur, tamquam nulla portio ipsi decidatur¹ oceano, qui toti² circumdatus medio et omnis ceteras fundens

¹ *v.ll.* decidat, decedat.

² *Rackham*: toto.

^a The son of Agrippa, adopted by Augustus.

^b Both these statements are of course untrue.

^c We know from Strabo that this statement about Eudoxus is erroneous.

^d I.e. round S. Africa.

^e I.e. dividing us from another land-mass (now known as North and South America) which was assumed to exist on the other side of the world.

circuit of Mauretania. Indeed the greater part of it Alexander the Great's eastern conquests also explored as far as the Arabian gulf; in which, when Augustus's son Gaius Caesar ^a was operating there, it is said that figureheads of ships from Spanish wrecks were identified. Also when the power of Carthage flourished, Hanno sailed round from Cadiz to the extremity of Arabia,^b and published a memoir of his voyage, as did Himilco when despatched at the same date to explore the outer coasts of Europe. Moreover we have it on the authority of Cornelius Nepos that a certain contemporary of his named Eudoxus when flying from King Lathyrus emerged from the Arabian Gulf and sailed right round to Cadiz ^c; and much before him Caelius Antipater states that he had seen someone who had gone on a trading voyage from Spain to Ethiopia.^d Nepos also records as to the northern circuit that Quintus Metellus Celer, colleague of Afranius in the consulship but at the time pro-consul of Gaul, received from the King of the Swabians a present of some Indians, who on a trade voyage had been carried off their course by storms to Germany. Thus there are seas encircling the globe on every side and dividing it in two, so robbing us of half the world,^e since there is no region affording a passage from there to here or from here to there. This reflexion serves to expose the vanity of mortals, and appears to demand that I should display to the eye and exhibit the extent of this whole indefinite region in which men severally find no satisfaction.

LXVIII. In the first place it is apparently reckoned as forming one half of the globe—just as if no part were cut off for the ocean itself, which surrounding and encircling the whole of it, and pouring

*Portion of
the earth
habitable by
man.*

recipiensque aquas, et quicquid exit in nubes ac sidera ipsa tot ac tantae magnitudinis pascens, quo tandem amplitudinis spatio credetur habitare? inproba et
 172 infinita debet esse tam vastae molis possessio. adde quod ex relicto plus abstulit caelum. nam cum sint eius quinque partes, quas vocant zonas, infesto rigore et aeterno gelu premitur omne quicquid est subiectum duabus extremis utrimque circa vertices, hunc qui trionum septem vocatur eumque qui adversus illi austrinus appellatur. perpetua caligo utrobique et alieno molliorum siderum adpectu maligna ac pruina tantum albicans lux. media vero terrarum, qua solis orbita est, exusta flammis et cremata comminus vapore torretur. circa duae tantum inter exustam et rigentes temperantur, eaeque ipsae inter se non perviae propter incendium sideris.

173 Ita terrae tres partes abstulit caelum. oceani rapina in incerto est; sed et relicta nobis una portio haud scio an etiam in maiore damno sit, idem siquidem oceanus infusus in multos, ut dicemus, sinus adeo vicino accessu interna maria adlatrat ut centum quindecim milibus passuum Arabicus sinus distet ab Aegyptio mari, Caspius vero CCCLXXV milibus a Pontico, idem interfusus intra per tot maria quibus Africam Europam Asiam dispescit, quantum terrarum occupat?
 174 at? Computetur etiamnum¹ mensura tot flumi-

¹ *Mayhoff*: etiam nunc.

^a I.e. especially the sun.

^b Books III foll.

^c Cf. § 167 note.

forth and reabsorbing the waters and pasturing and all the moisture that goes to form the clouds, the stars themselves with all their numbers and their mighty size, can be supposed to occupy a space—of what extent, pray? The freehold owned by that mighty mass is bound to be enormous—without limit! Add that of what is left more than half is taken by the sky. For this has five divisions called zones, and all that lies beneath the two outermost zones that surround the poles at either end—both the pole named from the Seven Oxen and the one opposite to it called after Auster—is all crushed under cruel frost and everlasting cold. In both regions perpetual mist prevails, and a light that the invisibility of the milder stars ^a renders niggardly and that is only white with hoarfrost. But the middle portion of the lands, where the sun's orbit is, is scorched by its flames and burnt up by the proximity of its heat: this is the torrid zone. There are only two temperate zones between the torrid one and the frozen ones, and these have no communication with each other because of the fiery heat of the heavenly body.

Thus the sky has stolen three quarters of the earth. The extent of the trespass of ocean is unascertained; but even the one portion left to us suffers perhaps an even greater loss, inasmuch as the same ocean, spreading out, as we shall describe ^b, into a number of bays, advances with its threatening roar so close to the inner seas that there is only a distance of 115 miles between the Arabian Gulf and the Egyptian Sea and of 375 between the Caspian and the Black Sea ^c; and also with its inner channels through so many seas whereby it sunders Africa, Europe and Asia, it occupies—what area of the land? Calculate more-

*Climatic
limits.*

*Encroach-
ment of
water.*

num, tantarum paludium, addantur et lacus, stagna, iam elata in caelum ac ardua adspectu quoque iuga, iam silvae vallesque praeruptae et solitudines et mille e¹ causis deserta; detrahantur hae tot portiones terrae, immo vero, ut plures tradidere, mundi puncto (neque enim aliud est terra in universo): haec est materia gloriae nostrae, haec sedes, hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuamur humanum genus, hic instauramus bella etiam civilia mutisque caedibus
 175 laxiorem facimus terram! et ut publicos gentium furores transeam, haec in qua conterminos pellimus furtoque vicini caespitem nostro solo adfodimus, ut qui latissime rura metatus fuerit ultraque famam exegerit adcolas quota terrarum parte gaudeat, vel cum ad mensuram avaritiae suae propagaverit, quam tandem portionem eius defunctus obtineat!

176 LXIX. Mediam esse terram mundi totius haut dubiis constat argumentis, sed clarissimo aequinocti paribus horis. nam nisi in medio esset, aequales dies noctesque habere non posse deprehendere est,² dioptraeque vel maxime confirmant, cum aequinoctiali tempore ex eadem linea ortus occasusque cernatur, solstitiali exortus per suam lineam, brumali

¹ e *add. Rackham.*

² est *Mayhoff: et.*

^a The Romans divided the periods from sunrise to sunset and from sunset to sunrise each into twelve hours, varying in length with the seasons.

over the dimensions of all those rivers and vast swamps, add also the lakes and pools, and next the ridges too that rise into the heaven and are precipitous even to the eye, next the forests and steep glens, and the deserts and areas for a thousand reasons left deserted; subtract all these portions from the earth or rather from this pin-prick, as the majority of thinkers have taught, in the world—for in the whole universe the earth is nothing else: and this is the substance of our glory, this is its habitation, here it is that we fill positions of power and covet wealth, and throw mankind into an uproar, and launch even civil wars and slaughter one another to make the land more spacious! And to pass over the collective insanities of the nations, this is the land in which we expel the tenants next to us and add a spade-full of turf to our own estate by stealing from our neighbour's—to the end that he who has marked out his acres most widely and banished his neighbours beyond all record may rejoice in owning—how small a fraction of the earth's surface? or, when he has stretched his boundaries to the full measure of his avarice, may still retain—what portion, pray, of his estate when he is dead?

LXIX. That the earth is at the centre of the universe is proved by irrefragable arguments, but the clearest is the equal hours of day and night ^a at the equinox. For if the earth were not at the centre, it can be realized that it could not have the days and nights equal; and binoculars confirm this very powerfully, since at the season of the equinox sunrise and sunset are seen on the same line, whereas sunrise at midsummer and sunset at midwinter fall

*Geocentric
theory.*

occasus. quae accidere nullo modo possent nisi in centro sita esset.¹

177 LXX. Tres autem circuli supra dictis zonis inplexi inaequalitates temporum distingunt, solstitialis a parte signiferi excelsissima nobis ad septentrionalem plagam versus, contraque ad alium polum brumalis, item medio ambitu signiferi orbis incedens aequinoctialis.

LXXI. Reliquorum quae miramur causa in ipsius terrae figura est, quam globo similem esse² et cum ea aquas iisdem intellegitur argumentis. sic enim fit haut dubie ut nobis septentrionalis plagae sidera numquam occidant, contra meridianae numquam orientur, rursusque haec illis non cernantur attollente
178 se contra medius visus terrarum globo. Septentriones non cernit Trogodytice et confinis Aegyptus, nec Canopum Italia et quem vocant Berenices Cinem item quem sub divo Augusto cognominavere Caesaris Thronon, insignes ibi stellas. adeoque manifesto adsurgens fastigium curvatur ut Canopus quartam fere partem signi unius supra terram eminere Alexandriae intuentibus videatur, eadem a Rhodo terram quodammodo ipsam stringere, in Ponto omnino non cernatur, ubi maxime sublimis Septentrio. idem a Rhodo absconditur, magisque Alexandriae, in Arabia Novembri mense prima vigilia occultus secunda se

¹ *v.l. om. esset.*

² *esse add. Rackham.*

• Roughly Abyssinia and Somaliland.

on a line of their own. These things could not occur without the earth's being situated at the centre.

LXX. But the three circles intertwined between the zones aforesaid are the cause of the differences of the seasons: the Tropic of Cancer on the side of the highest part of the zodiac to the northward of us, and opposite to it the Tropic of Capricorn towards the other pole, and also the equator that runs in the middle circuit of the zodiac. *The seasons.*

LXXI. The cause of the remaining facts that surprise us is found in the shape of the earth itself, which together with the waters also the same arguments prove to resemble a globe. For this is undoubtedly the cause why for us the stars of the northern region never set and their opposites of the southern region never rise, while on the contrary these northern stars are not visible to the antipodes, as the curve of the earth's globe bars our view of the tracts between. Cave-dweller Country^a and Egypt which is adjacent to it do not see the Great and Little Bear, and Italy does not see Canopus and the constellation called Berenice's Hair, also the one that in the reign of his late Majesty Augustus received the name of Caesar's Throne, constellations that are conspicuous there. And so clearly does the rising vault curve over that to observers at Alexandria Canopus appears to be elevated nearly a quarter of one sign above the earth, whereas from Rhodes it seems practically to graze the earth itself, and on the Black Sea, where the North Stars are at their highest, it is not visible at all. Also Canopus is hidden from Rhodes, and still more from Alexandria; in Arabia in November it is hidden during the first quarter of the *Geography and astronomy.*

ostendit, in Meroe solstitio vesperi paulisper adparet paucisque ante exortum Arcturi diebus pariter cum 179 die cernitur. navigantium haec maxime cursusprehendunt, in alia adverso in alia prono mari, subitoque conspicuis atque ut e freto emergentibus quae in anfractu pilae latuere sideribus. neque enim, ut dixere aliqui, mundus hoc polo excelsiore se attollit, aut ¹ undique cernerentur haec sidera; verum haec eadem quibusque proximis sublimiora creduntur eademque demersa longinquis, utque nunc sublimis in deictu positus videtur hic vertex, sic in illam terrae devexitatem transgressis illa se attollunt residentibus quae hic excelsa fuerant, quod nisi in figura pilae accidere non posset.

180 LXXII. Ideo defectus solis ac lunae vespertinos orientis incolae non sentiunt, nec matutinos ad occasum habitantes, meridianos vero serius nobis illi. apud Arbelam magni Alexandri victoria luna defecisse noctis secunda hora est prodita, eademque in Sicilia exoriens. solis defectum Vipstano et Fonteio coss., qui fuere ante paucos annos, factum pridie kalendas Maias Campania hora diei inter septimam et octavam sensit, Corbulo dux in Armenia inter horam diei decimam et undecimam prodidit visum, circuitu globi alia aliis detegente et occultante. quod si plana

¹ ita ut *Mayhoff*.

^a As a matter of fact the eclipse was on Sept. 20, 331 B.C., eleven days before the battle.

^b A.D. 59.

night and shows itself in the second; at Meroe it appears a little in the evening at midsummer and a few days before the rising of Arcturus is seen at day-break. These phenomena are most clearly disclosed by the voyages of those at sea, the sea sloping upward in the direction of some and downward in the direction of others, and the stars that were hidden behind the curve of the ball suddenly becoming visible as it were rising out of the sea. For it is not the fact, as some have said, that the world rises up at this higher pole—or else these stars would be visible everywhere; but these stars are believed to be higher the nearer people are to them, while they seem low to those far away, and just as at present this pole seems lofty to those situated on the declivity, so when people pass across to yonder downward slope of the earth those stars rise while the ones that here were high sink, which could not happen except with the conformation of a ball.

LXXII. Consequently inhabitants of the East do not perceive evening eclipses of the sun and moon, nor do those dwelling in the West see morning eclipses, while the latter see eclipses at midday later than we do. The victory of Alexander the Great is said to have caused an eclipse of the moon at Arbela at 8 p.m.^a while the same eclipse in Sicily was when the moon was just rising. An eclipse of the sun that occurred on April 30 in the consulship^b of Vipstanus and Fonteius a few years ago was visible in Campania between 1 and 2 p.m. but was reported by Corbulo commanding in Armenia as observed between 4 and 5: this was because the curve of the globe discloses and hides different phenomena for different localities. If the earth were

*Local
visibility
eclipses.*

esset terra, simul omnia adparerent cunctis, noctesque non fierent inaequales, nam aequae aliis quam in medio sitis paria duodecim horarum intervalla cernerentur, quae nunc non in omni parte simili modo congruunt.

181 LXXIII. Ideo nec nox diesque, quamvis eadem, toto orbe simul est oppositu globi noctem aut ambitu diem adferente. multis hoc cognitum experimentis, in Africa Hispaniaque turrium Hannibalis, in Asia vero propter piraticos terrores simili specularum praesidio excitato, in quis praenuntios ignes sexta hora diei accensos saepe conpertum est tertia noctis a tergo ultimis visos. eiusdem Alexandri cursor Philonides ex Sicyone Elin mille et ducenta stadia novem diei confecit horis, indeque, quamvis declivi itinere, tertia noctis hora remensus est saepius. causa, quod eunti cum sole iter erat, eundem remeans obvium contrario praetervertebat occursum. qua de causa ad occasum navigantes quamvis brevissimo die vincunt spatia nocturnae navigationis ut solem ipsum comitantes.

182 LXXIV. Vasaque horoscopica non ubique eadem sunt usui, in trecenis stadiis, aut ut longissime in quingentis, mutantibus semet umbris solis. itaque umbilici (quem gnomonem appellant) umbra in Aegypto meridiano tempore aequinoctii die paulo

^a Cf. VII 20.

^b Starting at daybreak, i.e. took 15 hours home as against 9 hours out. Taking the *mille passuum* of 8 stades (see *D. Ant. s.vv.*) at $\frac{1}{16}$ of an English mile, we get for the outward journey a pace of just over 15 miles an hour. But perhaps the length of the route is overestimated at 1200 stades, about 136 miles, as the distance from Sicyon to Elis measures only about 80 miles in a straight line on the map. Elis lies higher

flat, all would be visible to all alike at the same time; also the nights would not vary in length, because corresponding periods of 12 hours would be visible equally to others than those at the equator, periods that as it is do not exactly correspond in every region alike.

LXXIII. Consequently also although night and day are the same thing all over the world, it is not night and day at the same time all over the world, the intervention of the globe bringing night or its revolution day. This has been discovered by many experiments—that of Hannibal's towers in Africa and Spain, and in Asia when piratical alarms prompted the precaution of watchtowers of the same sort, warning fires lit on which at noon were often ascertained to have been seen by the people farthest to the rear at 9 p.m. Alexander above mentioned had a runner named Philonides ^a who did the 1200 stades from Sicyon to Elis in 9 hours from sunrise and took till 9 p.m.^b for the return journey, although the way is downhill; this occurred repeatedly. The reason was that going his way lay with the sun but returning he was passing the sun as it met him travelling in the opposite direction. For this reason ships sailing westward beat even in the shortest day the distances they sail in the nights, because they are going with the actual sun.

LXXIV. Travellers' sundials are not the same for reference everywhere, because the shadows thrown by the sun as they alter alter the readings at every 300 or at farthest 500 stades. Consequently in Egypt at midday on the day of the equinox the

above sea-level than Sicyon, but only the latter part of the return journey can be described as downhill.

Sunrise and sunsets vary with longitude.

Sun's altitude varies with latitude.

PLINY: NATURAL HISTORY

plus quam dimidiam gnomonis mensuram efficit, in urbe Roma nona pars gnomonis deest umbrae, in oppido Ancona superest quinta tricesima, in parte Italiae quae Venetia appellatur iisdem horis umbra gnomoni par fit.

- 183 LXXV. Simili modo tradunt in Syene oppido, quod est supra Alexandriam quinque milibus stadiorum, solstiti die medio nullam umbram iaci, puteumque eius experimenti gratia factum totum inluminari, ex quo adparere tum solem illi loco supra verticem esse; quod et in India supra flumen Hypasim fieri tempore eodem Onesicritus scribit. constatque in Berenice urbe Trogodytarum, et inde stadiis quattuor milibus DCCCXX in eadem gente Ptolemaide oppido, quod in margine rubri maris ad primos elephantorum venatus conditum est, hoc idem ante solstitium quadragenis quinis diebus totidemque postea fieri, et
- 184 per eos XC dies in meridiem umbras iaci. rursus in Meroe (insula haec caputque gentis Aethiopum quinque milibus stadium a Syene in amne Nilo habitatur) bis anno absumi umbras, sole duodevicesimam tauri partem et quartamdecimam leonis tunc obtinente. in Indiae gente Oretum mons est Maleus nomine iuxta quem umbrae aestate in austrum, hieme in septentrionem iaciuntur; quindecim tantum noctibus ibi apparet septentrio. in eadem India Patalis, celeberrimo portu, sol dexter oritur, umbrae
- 185 in meridiem cadunt. septentrionem ibi Alexandro morante adnotatum prima tantum parte noctis

• The Beas.

shadow of the pin or 'gnomon' measures a little more than half the length of the gnomon itself, whereas in the city of Rome the shadow is $\frac{1}{9}$ th shorter than the gnomon, at the town of Ancona $\frac{1}{35}$ th longer, and in the district of Italy called Venezia the shadow is equal to the gnomon, at the same hours.

LXXV. Similarly it is reported that at the town of Syene, 5000 stades South of Alexandria, at noon in midsummer no shadow is cast, and that in a well made for the sake of testing this the light reaches to the bottom, clearly showing that the sun is vertically above that place at the time; and this is stated in the writings of Onesicritus also to occur at the same time in India South of the river Hypasis.^a It is also stated that in the Cave-dwellers' city of Berenice, and 4820 stades away at the town of Ptolemais in the same tribe, which was founded on the shore of the Red Sea for the earliest elephant hunts, the same thing occurs 45 days before and 45 days after midsummer, and during that period of 90 days the shadows are thrown southward. Again in Meroe—this is an inhabited island in the river Nile 5000 stades from Syene, and is the capital of the Aethiopian race—the shadows disappear twice a year, when the sun is in the 18th degree of Taurus and in the 14th of Leo. There is a mountain named Maleus in the Indian tribe of the Oretes, near which shadows are thrown southward in summer and northward in winter; the northern constellation is visible there on only 15 nights. Also in India at the well-known port of Patala the sun rises on the right and shadows fall southward. It was noticed when Alexander was staying at this place that the Great and Little Bears were visible only in the early part of the

Stars and latitude.

adspici. Onesicritus, dux eius, scripsit quibus in locis Indiae umbrae non sint septentrionem non conspici, et ea loca appellari ascia, nec horas dinumerari ibi. LXXVI. At in tota Trogodytice umbras bis quadraginta quinque diebus in anno Eratosthenes in contrarium cadere prodidit.

- 186 LXXVII. Sic fit ut vario lucis incremento in Meroe longissimus dies XII horas aequinoctiales et octo partes unius horae colligat, Alexandriae vero XIV horas, in Italia XV, in Britannia XVII, ubi aestate lucidae noctes haut dubie repromittunt¹ id quod cogit ratio credi, solstiti diebus accedente sole propius verticem mundi angusto lucis ambitu subiecta terrae continuos dies habere senis mensibus, 187 noctesque e diverso ad brumam remoto. quod fieri in insula Thyle Pytheas Massiliensis scribit sex dierum navigatione in septentrionem a Britannia distante, quidam vero et in Mona, quae distat a Camaloduno Britanniae oppido circiter ducentis milibus, adfirmant.

LXXVIII. Umbrarum hanc rationem et quam vocant gnomonicen invenit Anaximenes Milesius, Anaximandri (de quo diximus) discipulus, primusque horologium quod appellant sciothericon Lacedaemone ostendit.

- 188 LXXIX. Ipsum diem alii aliter observavere, Babyloni inter duos solis exortus, Athenienses inter

¹ dubie se promittunt *Mayhoff*, dubitare promittunt *Dellefsen*.

^a This is inaccurate, as are other points in this passage.

^b I.e. towards the South.

^c I.e. all between the vernal and the autumnal equinox. Cf. IV. xx.

night. Alexander's guide Onesicritus wrote that this constellation is not visible at the places in India where there are no shadows, and that these places are called Shadeless, and no reckoning is kept of the hours there. LXXVI. But according to Eratosthenes in the whole^a of Cave-dweller Country on 90 days once a year shadows fall the wrong way.^b

LXXVII. Thus it comes about that owing to the varied lengthening of daylight the longest day covers $12\frac{8}{9}$ equinoctial hours at Meroe, but 14 hours at Alexandria, 15 in Italy, and 17 in Britain, where the light nights in summer substantiate what theory compels us to believe, that, as on summer days^c the sun approaches nearer to the top of the world, owing to a narrow circuit of light the underlying parts of the earth have continuous days for 6 months at a time, and continuous nights when the sun has withdrawn in the opposite direction towards winter. Pytheas of Marseilles writes that this occurs in the island of Thule,^d 6 days' voyage N. from Britain, and some declare it also to occur in the Isle of Anglesea, which is about 200 miles^e from the British town of Colchester.

LXXVIII. This theory of shadows and the science called gnomonics was discovered by Anaximenes of Miletus, the pupil of Anaximander of whom we have spoken; he first exhibited at Sparta the time-piece they call 'Hunt-the-Shadow.'^f

LXXIX. The actual period of a day has been differently kept by different people: the Babylonians count the period between two sunrises, the Athenians

Daylight varies with latitude.

The first sundial.

Day variously reckoned.

^d Now thought to be N.W. Norway.

^e I.e. by the Roman Road from Colchester, the capital of the province, by Grantchester or Chesterton to Chester.

duos occasus, Umbri a meridie ad meridiem, vulgus omne a luce ad tenebras, sacerdotes Romani et qui diem diffiniere civilem, item Aegypti et Hipparchus, a media nocte in mediam. minora autem intervalla esse lucis inter occasus et¹ ortus solis iuxta solstitium² quam aequinoctia apparet quia positio signiferi circa media sui obliquior est, iuxta solstitium autem rector.

189 LXXX. Contexenda sunt his caelestibus nexa causis. namque et Aethiopas vicini sideris vapore torreri adustisque similis gigni barba et capillo vibrato non est dubium, et adversa plaga mundi candida atque glaciali cute esse gentes flavis promissis³ crinibus, trucis vero ex caeli rigore has, illas mobilitate sapientes; ipsoque crurum argumento illis in supera sucum revocari natura vaporis, his in inferas partes depelli umore deciduo; hic graves feras, illic varias effigies animalium provenire et maxime alitum [in multas figuras gigni⁴ volucres⁵]; corporum autem proceritatem utrobique, illic ignium
190 nisu, hic umoris alimento; medio vero terrae salubri utrimque mixtura fertiles ad omnia tractus, modicos corporum habitus magna et in colore temperie, ritus

¹ occasus et *add. Rackham.*

² *Rackham*: solstitia.

³ *Rackham*: promissa.

⁴ *v.l.* igni.

⁵ *s. cl. Dellefsen.*

^a I.e. the summer solstice, as often.

^b Cf. Galen *de temperamentis* III vi 72 εἰ μὲν ὀμαλῶς ἔχει τὸ σῶμα τῆς κράσεως, οἷς μὲν ἰσχνὰ τὰ σκέλη ξηροὶ πάντως εἰσὶν ὑγροὶ δὲ οἷς παχέα.

that between two sunsets, the Umbrians from midday to midday, the common people everywhere from dawn to dark, the Roman priests and the authorities who fixed the official day, and also the Egyptians and Hipparchus, the period from midnight to midnight. But it is obvious that the breaks in daylight between sunset and sunrise are smaller near the solstice ^a than at the equinoxes, because the position of the zodiac is more slanting around its middle points but straighter near the solstice.

LXXX. We must deal next with the results connected with these heavenly causes. For it is beyond question that the Ethiopians are burnt by the heat of the heavenly body near them, and are born with a scorched appearance, with curly beard and hair, and that in the opposite region of the world the races have white frosty skins, with yellow hair that hangs straight; while the latter are fierce owing to the rigidity of their climate but the former wise because of the mobility of theirs; and their legs ^b themselves prove that with the former the juice is called away into the upper portions of the body by the nature of heat, while with the latter it is driven down to the lower parts by falling moisture; in the latter country dangerous wild beasts are found, in the former a great variety of animals and especially of birds; but in both regions men's stature is high, owing in the former to the pressure of the fires and in the latter to the nourishing effect of the damp; whereas in the middle of the earth, owing to a healthy blending of both elements, there are tracts that are fertile for all sorts of produce, and men are of medium bodily stature, with a marked blending even in the matter of complexion; customs are

Climate a racial characteristics.

molles, sensus liquidos, ingenia fecunda totiusque naturae capacis, isdem imperia, quae numquam extimis gentibus fuerint, sicut ne illae quidem his paruerint avolsae ac pro immanitate¹ naturae urgentis illas solitariae.

- 191 LXXXI. Babyloniorum placita et motus terrae hiatusque qua cetera omnia siderum vi existimant fieri, sed illorum trium quibus fulmina adsignant, fieri autem meantium cum sole aut congruentium et maxime circa quadrata mundi. praeclara quaedam et immortalis in eo, si credimus, divinitas perhibetur Anaximandro Milesio physico, quem ferunt Lacedaemoniis praedixisse ut urbem ac tecta custodirent, instare enim motum terrae, et tum urbs tota eorum corruiet et Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta cladem eam insuper ruina oppressit.² perhibetur et Pherecydi Pythagorae doctori alia coniectatio, sed et illa divina, haustu aquae e puteo praesensisse ac praedixisse civibus³ terrae motum.
- 192 quae si vera sunt, quantum a deo tandem videri possunt tales distare dum vivant? et haec quidem arbitrio cuiusque existimanda relinquuntur: ventos in causa esse non dubium reor; neque enim umquam

¹ *Hermolaus Barbarus*: nuntiate aut unitate *codd.*; numine *Mayhoff*, perversitate? *Campbell*.

² *Rackham*: pressit.

³ civibus *Mayhoff*: tibi aut ibi aut om. *codd.*

^a Saturn, Jupiter and Mars, cf. § 82.

^b I.e. are in conjunction with the sun, or agree with him in aspect, and particularly when they are distant from him one quarter of the heaven (*Brotier*).

gentle, senses clear, intellects fertile and able to grasp the whole of nature; and they also have governments, which the outer races never have possessed, any more than they have ever been subject to the central races, being quite detached and solitary on account of the savagery of the nature that broods over those regions.

LXXXI. The theory of the Babylonians deems that even earthquakes and fissures in the ground are caused by the force of the stars that is the cause of all other phenomena, but only by that of those three stars ^a to which they assign thunderbolts; and that they occur when these are travelling with the sun or are in agreement with him, and particularly about the quadratures of the world.^b On this subject a remarkable and immortal inspiration is attributed (if we can believe it) to the natural philosopher Anaximander of Miletus, who is said to have warned the Spartans to be careful of their city and buildings, because an earthquake was impending; and subsequently the whole of their city collapsed, and also a large part of Mount Taygetus projecting in the shape of a ship's stern broke off and crashing down on it added to the catastrophe. Also another conjecture is attributed to Pherecydes the teacher of Pythagoras, this also inspired: he is said to have foretold to his fellow-citizens an earthquake, of which he had obtained a premonition in drawing water from a well. Assuming the truth of these stories, how far pray can such men even in their lifetime be thought to differ from a god? And though these matters may be left to the estimation of individual judgment; I think it indubitable that their cause is to be attributed to the winds; for tremors of the earth never

*Earthquake.
their causes*

PLINY: NATURAL HISTORY

intremiscunt terrae nisi sopito mari caeloque adeo tranquillo ut volatus avium non pendeant subtracto omni spiritu qui vehit, nec unquam nisi post ventos, condito scilicet in venas et cava eius occulta flatu. neque aliud est in terra tremor quam in nube tonitrum, nec hiatus aliud quam cum fulmen erumpit incluso spiritu luctante et ad libertatem exire nitente.

193 LXXXII. Varie itaque quatitur, et mira eduntur opera, alibi prostratis moenibus, alibi hiatu profundo haustis, alibi egestis molibus, alibi emissis annibus, nonnumquam etiam ignibus calidisve fontibus, alibi averso fluminum cursu. praecedit vero comitaturque terribilis sonus, alias murmuri similis, alias mugitibus aut clamori humano armorumve pulsantium fragori, pro qualitate materiae excipientis formaque vel cavernarum vel cuniculi per quem meet, exilius grassante in angusto, eodem rauco in recurvis, resultante in duris, fervente in umidis, fluctuante in
194 stagnantibus, furente contra solida. itaque et sine motu saepe editur sonus. nec simplici modo quatitur nonnumquam,¹ sed tremit vibratque. hiatus vero alias remanet ostendens quae sorbuit, alias occultat ore compresso rursusque ita inducto solo ut nulla

¹ *Dellefsen* : unquam.

occur except when the sea is calm and the sky so still that birds are unable to soar because all the breath that carries them has been withdrawn; and never except after wind, doubtless because then the blast has been shut up in the veins and hidden hollows of the sky. And a trembling in the earth is not different from a thunderclap in a cloud, and a fissure is no different from when an imprisoned current of air by struggling and striving to go forth to freedom causes a flash of lightning to burst out.

LXXXII. Consequently earthquakes occur in a variety of ways, and cause remarkable consequences, in some places overthrowing walls, in others drawing them down into a gaping cleft, in others thrusting up masses of rock, in others sending out rivers and sometimes even fires or hot springs, in others diverting the course of rivers. They are however preceded or accompanied by a terrible sound, that sometimes resembles a rumble, sometimes the lowing of cattle or the shouts of human beings or the clash of weapons struck together, according to the nature of the material that receives the shock and the shape of the caverns or burrows through which it passes, proceeding with smaller volume in a narrow channel but with a harsh noise in channels that bend, echoing in hard channels, bubbling in damp ones, forming waves in stagnant ones, raging against solid ones. Accordingly even without any movement occurring a sound is sometimes emitted. And sometimes the earth is not shaken in a simple manner but trembles and vibrates. Also the gap sometimes remains open, showing the objects that it has sucked in, while sometimes it hides them by closing its mouth and drawing soil over it again in such a way as to

*their
phenomena
and
consequences*

vestigia exstant: urbibus plerumque devoratis agrorumque tractu hausto, maritima autem maxime quatiuntur, nec montuosa tali malo carent: exploratum mihi est Alpes Appenninumque saepius tremuisse.

195 Et autumnno ac vere terrae crebrius moventur, sicut fulmina. ideo Galliae et Aegyptus minime quatiuntur, quoniam hic aestatis causa obstat, illic hiemis. item noctu saepius quam interdiu. maximi autem motus existunt matutini vespertinique, sed propinqua luce crebri, interdiu autem circa meridiem. fiunt et solis lunaeque defectu, quoniam tempestates tunc sopiuntur, praecipue vero cum sequitur imbres aestus imbresve aestum.

196 LXXXIII. Navigantes quoque praesentiunt¹ non dubia coniectura sine flatu intumescente fluctu subito aut quatiante ictu. intremunt vero et in navibus postes aequae² quam in aedificiis crepituque praenuntiant; quin et volucres non inpavidae sedent. est et in caelo signum praeceditque motu futuro aut interdiu aut paulo post occasum sereno tenuis ceu linea nubes in longum porrecta spatium.

197 LXXXIV. Est et in puteis turbidior aqua nec sine odoris taedio, sicut in iisdem est remedium, quale et crebri specus praebent, conceptum enim spiritum

¹ *Rackham*: sentiunt.

² *Rueck*: positeque *vel* posita aequae.

leave no traces; it being usually cities that are engulfed, and a tract of farmland swallowed, although seaboard districts are most subject to earthquakes, and also mountainous regions are not free from disaster of the kind: I have ascertained that tremors have somewhat frequently occurred in the Alps and Apennines.

Earthquakes are more frequent in autumn and spring, as is lightning. Consequently the Gallic provinces and Egypt suffer very little from them, as in the latter the summer is the cause that prevents them and in the former the winter. Similarly they are more frequent by night than in the daytime. The severest earthquakes occur in the morning and the evening, but they are frequent near dawn and in the daytime about noon. They also occur at an eclipse of the sun or moon, since then storms are lulled, but particularly when heat follows rain or rain heat.

LXXXIII. Sailors at sea can also anticipate an earthquake and forecast it with certainty when a sudden wave swells up without there being a wind, or a shock shakes the vessel. Even in ships posts begin to tremble just as they do in buildings, and foretell an earthquake by rattling; nay more, birds of timid kinds perch on the rigging. There is also a sign in the sky: when an earthquake is impending, either in the daytime or a little after sunset, in fine weather, it is preceded by a thin streak of cloud stretching over a wide space.

LXXXIV. Another sign is when the water in wells is muddier and has a somewhat foul smell, just as in wells there is also a remedy for earthquake such as frequently caves too afford, as they supply

exhalant. quod in totis notatur oppidis: minus quatiuntur crebris ad eluuiem cuniculis cavata, multoque sunt tutiora in iisdem illis quae pendent, sicuti Neapoli in Italia intellegitur, parte eius quae solida est ad tales casus obnoxia. tutissimi sunt aedificiorum fornices, anguli quoque parietum postesque alterno pulsu renitentes; et latere terreno
 198 facti parietes minore noxa quatiuntur. magna differentia est et in ipso genere motus, pluribus siquidem modis quatur; tutissimum est cum vibrat crispante aedificiorum crepitu et cum intumescit adsurgens alternoque motu residit; innoxium et cum concurrentia tecta contrario ictu arietant, quoniam alter motus alteri renitur. undantis inclinatio et fluctus more quaedam volutatio infesta est, aut cum in unam partem totus se motus inpellit. desinunt autem tremores cum ventus emersit, sin vero duravere, non ante XL dies sistuntur, plerumque et tardius, utpote cum quidam annuo et bienni spatio duraverint.

199 LXXXV. Factum est semel, quod equidem in Etruscae disciplinae voluminibus invenio, ingens terrarum portentum L. Marcio Sexto Iulio coss. in agro Mutinensi. namque montes duo inter se concurrerunt crepitu maximo adsultantes recedentesque, inter eos flamma fumoque in caelum exeunte interdiu, spectante e via Aemilia magna equitum Romanorum familiarumque et viatorum multitudine. eo con-

an outlet for the confined breath. This is noticed in whole towns: buildings pierced by frequent conduits for drainage are less shaken, and also among these the ones erected over vaults are much safer—as is noticed in Italy at Naples, the solidly built portion of the city being specially liable to collapses of this nature. The safest parts of buildings are arches, also angles of walls, and posts, which swing back into position with each alternate thrust; and walls built of clay bricks suffer less damage from being shaken. There is also a great difference in the actual kind of movement, as the earth shakes in several ways; there is least danger when it quivers with a trembling rattle of the buildings, and when it rises in a swell and settles back again, with an alternating motion; also no harm is done when buildings collide and ram against each other, as the one motion counteracts the other. A waving bend and a sort of billowy fluctuation is dangerous, or when the whole movement drives in one direction. Earthquakes stop when the wind has found an outlet, or else, if they go on, they do not stop before forty days, and usually even longer, some in fact having gone on for one or two years' time.

LXXXV. I find in the books of the lore of Tuscany that once a vast and portentous earthquake occurred in the district of Modena; this was during the consulship^a of Lucius Marcius and Sextus Julius. Two mountains ran together with a mighty crash, leaping forward and then retiring with flames and smoke rising between them to the sky; this took place in the daytime, and was watched from the Aemilian road by a large crowd of Knights of Rome with their retinues and passers by. The shock

varieties of

historical cases of;

cursu villae omnes elisae, animalia permulta quae intra fuerant exanimata sunt, anno ante sociale bellum quod haud seio an funestius terrae ipsi Italiae fuerit quam bella civilia. non minus mirum ostentum et nostra cognovit aetas anno Neronis principis supremo, sicut in rebus eius exposuimus, pratis oleisque intercedente publica via in contrarias sedis transgressis in agro Marrucino, praediis Vetti Marcelli equitis Romani res Neronis procurantis.

200 LXXXVI. Fiunt simul cum terrae motu et inundationes maris eodem videlicet spiritu infusi aut terrae sidentis sinu recepti. maximus terrae memoria mortalium exstitit motus Tiberii Caesaris principatu, XII urbibus Asiae una nocte prostratis, ereberrimus Punico bello intra eundem annum septies ac quinquagies nuntiatus Romam, quo quidem anno ad Trasimenum lacum dimicantes maximum motum nec Poeni sensere nec Romani. nec vero simplex malum aut in ipso tantum motu periculum est, sed par aut maius ostento¹: numquam urbs Roma tremuit ut non futuri eventus alicuius id praenuntium esset.

201 LXXXVII. Eadem nascentium causa terrarum est, cum idem ille spiritus adtollendo potens solo non valuit erumpere. nascuntur enim nec fluminum

¹ ?<in> ostento *Rackham*.

^a A.D. 68.

^b The neighbourhood of Teate, now Chieti, on the Adriatic coast.

^c 217 B.C.

^d Lago di Perugia.

brought down all the country houses, and a great many animals in the buildings were killed. It was in the year before the Allies' War, which was perhaps more disastrous to the land of Italy than the civil wars. Our generation also experienced a not less marvellous manifestation in the last year ^a of the Emperor Nero, as we have set forth in our history of his principate: meadows and olive trees with a public road running between them got over to the opposite sides of the road; this took place in the Marrucian territory,^b on the lands of Vettius Marcellus, Knight of Rome, Nero's estate-manager.

LXXXVI. Earthquakes are accompanied by inundations of the sea, which is presumably caused to flood the land by the same current of air, or drawn into the bosom of the earth as it subsides. The greatest earthquake in human memory occurred when Tiberius Caesar was emperor, twelve Asiatic cities being overthrown in one night; the most numerous series of shocks was during the Punic War, when reports reached Rome of fifty-seven in a single year; it was the year ^c when a violent earthquake occurring during an action between the Carthaginian and Roman armies at Lake Trasimene ^d was not noticed by the combatants on either side. Nor yet is the disaster a simple one, nor does the danger consist only in the earthquake itself, but equally or more in the fact that it is a portent; the city of Rome was never shaken without this being a premonition of something about to happen.

LXXXVII. The cause of the birth of new lands is the same, when that same breath although powerful enough to cause an upheaval of the soil has not been able to force an exit. For lands are born not only

consequences of: (1) inundations;

(Earthquake portentous)

(2) new land formations.

PLINY: NATURAL HISTORY

tantum in vectu (sicut Echinades insulae ab Acheloo anne congestae maiorque pars Aegypti a Nilo in quam a Pharo insula noctis et diei cursum fuisse Homero credimus) nec recessu maris, sicut idem Circeis, quod accidisse et in Ambraciae portu decem milium passuum intervallo et Atheniensium quinque milium ad Piraeum memoratur, et Ephesi ubi quondam acdem Dianae adluebat. Herodoto quidem si credimus, mare fuit supra Memphim usque ad Aethiopum montes itemque a planis Arabiae, mare circa Ilium et tota Teuthranie quaque campos intulerit Maeander.

202 LXXXVIII. Nascuntur et alio modo terrae ac repente in alio¹ mari emergunt velut paria secum faciente natura quaeque hauserit hiatus alio loco reddente.

LXXXIX. Clarae iam pridem insulae Delos et Rhodos memoriae produntur enatae, postea minores, ultra Melon Anaphe, inter Lemnum et Hellespontum Neae, inter Lebedum et Teon Halone, inter Cycladas Olympiadis CXLV anno quarto Thera et Therasia, inter easdem post annos CXXX Hiera, eademque Automate, et ab ea duobus stadiis post annos CX in nostro aevo M. Iunio Silano L. Balbo coss. a. d. VIII Idus Iulias Thia.

¹ *v.l.* aliquo.

^a *Odyssey* IV. 354.

^b II. 10.

^c A legendary king in Mysia.

^d The river between Lydia and Caria.

^e 197 B.C. The figures in this passage are very uncertain.

^f A.D. 19.

through the conveyance of soil by streams (as the Echinades Islands when heaped up from the river Achelous and the greater part of Egypt from the Nile—the crossing from the island of Pharos to the coast, if we believe Homer,^a having formerly taken twenty-four hours) or by the retirement of the sea as once took place at Circei; such a retirement is also recorded to have occurred to a distance of 10,000 paces in the harbour of Ambracia, and to a distance of 5,000 at the Athenian port of Piraeus; and at Ephesus, where once the sea used to wash up to the temple of Diana. At all events if we believe Herodotus,^b there was sea above Memphis as far as the mountains of Ethiopia and also towards the plains of Arabia, and sea round Ilium, and over the whole territory of Teuthras^c and where the Maeander^d has spread prairie-land.

LXXXVIII. New lands are also formed in another way, and suddenly emerge in a different sea, nature as it were balancing accounts with herself and restoring in another place what an earthquake has engulfed.

Other new land formations.

LXXXIX. The famous islands of Delos and Rhodes are recorded in history as having been born from the sea long ago, and subsequently smaller ones, Anaphe beyond Melos, Neae between Lemnos and the Dardanelles, Halone between Lebedos and Teos, Thera and Therasia among the Cyclades in the 4th year^e of the 145th Olympiad; also in the same group Hieria, which is the same as Automate, 130 years later; and 2 stades from Hieria, Thia 110 years later, in our age, on July 8 in the year^f of the consulship of Marcus Junius Silanus and Lucius Balbus.

Emergence islands.

PLINY: NATURAL HISTORY

- 203 Ante nos et iuxta Italiam inter Aeolias insulas, item iuxta Cretam emersit MMD passuum una cum calidis fontibus, altera Olympiadis CLXIII anno tertio in Tusco sinu, flagrans haec violento cum flatu: proditurque memoriae magna circa eam multitudine piscium fluitante confestim expirasse quibus ex his cibus fuisset. sic et Pithecussas in Campano sinu ferunt ortas, mox in his montem Epopon, cum repente flamma ex eo emicuisset, campestri aequatum planitiei. in eadem et oppidum haustum profundo, alioque motu terrae stagnum emersisse, et alio provolutis montibus insulam extitisse Prochyta.
- 204 XC. Namque et hoc modo insulas rerum natura fecit: avellit Siciliam Italiae, Cyprum Syriae, Euboeam Boeotiae, Euboeae Atalanten et Macrian, Besbicum Bithyniae, Leucosiam Sirenum promunturio. XCI. Rursus abstulit insulas mari iunxitque terris, Antissam Lesbo, Zephyrium Halicarnasso, Aethusan Myndo, Dromiscon et Pernen Mileto, Narthecusam Parthenio promunturio. Hybanda quondam insula Ioniae ducentis nunc a mari abest stadiis, Syrien Ephesus in mediterraneo habet, Derasidas et Sapphoniā vicina ei Magnesia. Epidaurus et Oricum insulae esse desierunt.
- 205 XCII. In totum abstulit terras primum omnium ubi Atlanticum mare est, si Platoni credimus,

* 126 B.C.

† *Timaeus* 24 E.

Before our time also among the Aeolian Islands near Italy, as well as near Crete, there emerged from the sea one island 2500 paces long, with hot springs, and another in the 3rd year^a of Olympiad 163 in the bay of Tuscany, this one burning with a violent blast of air; and it is recorded that a great quantity of fish were floating round it, and that people who ate of them immediately expired. So also the Monkey Islands are said to have risen in the bay of Campania, and later one among them, Mount Epopos, is said to have suddenly shot up a great flame and then to have been levelled with the surface of the plain. In the same plain also a town was sucked down into the depths, and another earthquake caused a swamp to emerge, and another overturned mountains and threw up the island of Procida.

XC. For another way also in which nature has made islands is when she tore Sicily away from Italy, Cyprus from Syria, Euboea from Boeotia, Atalantes and Macrias from Euboea, Besbicus from Bithynia, Leucosia from the Sirens' Cape. XCI. Again she has taken islands away from the sea and joined them to the land—Antissa to Lesbos, Zephyrius to Halicarnassus, Aethusa to Myndus, Dromiscos and Pernes to Miletus, Narthecusa to Cape Parthenius. Hybanda, once an Ionian island, is now 25 miles distant from the sea, Ephesus has Syrie as part of the mainland, and its neighbour Magnesia the Derasides and Sapphonia. Epidaurus and Oricum have ceased to be islands.

*Detachment
of islands
from main-
land.*

XCII. Cases of land entirely stolen away by the sea are, first of all (if we accept Plato's story^b), the vast area covered by the Atlantic, and next, in the

*Encroach-
ment of sea.*

inmenso spatio, mox interno quoque¹ quae videmus hodie, mersam Acarnaniam Ambracio sinu, Achaiam Corinthio, Europam Asiamque Propontide et Ponto. Ad hoc perrupit mare Leucada, Antirrhium, Hellespontum, Bosphoros duos.

XCIII. Atque ut sinus et stagna praeteream, ipsa se comest terra. devoravit Cibotum altissimum montem cum oppido Cariae, Sipylum in Magnesia et prius in eodem loco clarissimam urbem quae Tantalus vocabatur, Galenes et Galames urbium in Phoenice agros cum ipsis, Phegium Aethiopiae iugum excelsissimum, tamquam non infida grassarentur et litora. XCIV. Pyrram et Antissam circa
206 Maeotim Pontus abstulit, Helicen et Buram sinus Corinthius, quarum in alto vestigia apparent. ex insula Cea amplius triginta milia passuum abrupta subito cum plurimis mortalibus rapuit, et in Sicilia dimidiam Tyndarida urbem ac quicquid ab Italia deest, similiter in Boeotia Eleusina.

XCV. Motus enim terrae sileantur et quicquid est ubi saltem busta urbium exstant, simul² terrae miracula potius dicamus quam scelera naturae. et, Hercule, non caelestia enarratu difficiliora fuerint:
207 metallorum opulentia tam varia, tam dives, tam fecunda, tot saeculis suboriens, cum tantum cotidie orbe toto populentur ignes, ruinae, naufragia, bella,

¹ quoque *add.* *Mayhoff* (*om.* quae). ² *Rackham*: simul ut.

^a This long peninsula off the W. coast of Acarnania was made into an island by the Corinthians who in the 7th cent. B.C. cut a canal through the isthmus joining it with the mainland.

^b The Channel of Istanbul and the Kertsch from the Black Sea to the Sea of Azov.

inland seas also, the areas that we see submerged at the present day, Acarnania covered by the Ambracian Gulf, Achaea by the Gulf of Corinth, Europe and Asia by the Sea of Marmora and the Black Sea. Also the sea has made the channels of Leucas,^a Antirrhium, the Dardanelles and the two Bospori.^b

XCIII. And to pass over bays and marshes, the earth is eaten up by herself. She has devoured the highest mountain in Caria, Cibotus, together with the town of that name, Sipylus in Magnesia, and previously the very celebrated city in the same place that used to be called Tantalus, the territories of Galene and Galame in Phoenicia with the cities themselves, and the loftiest mountain range in Ethiopia, Phegium—just as if the coasts also did not treacherously encroach! XCIV. The Black Sea has stolen Pyrra and Antissa in the neighbourhood of Lake Maeotis, the Gulf of Corinth Helice and Bura, traces of which are visible at the bottom of the water. The sea suddenly snatched away more than 30,000 paces together with most of the human beings from the Island of Ceos, and half the city of Tyndaris in Sicily, and all the gap in the coast of Italy, and similarly Eleusis in Boeotia.

XCV. For let earthquakes not be mentioned, and every case where at least the tombs of cities survive, and at the same time let us tell of the marvels of the earth rather than the crimes of nature. And, I will swear, not even the heavenly phenomena could have been more difficult to recount: the wealth of mines so varied, so opulent, so prolific, brought to the surface in so many ages, although every day all over the world so much devastation is wrought by fires, collapse of buildings, shipwrecks, wars, frauds,

Collapse of mountains

Products of earth: minerals, gems, emanations

fraudes, tantum vero luxuria et tot mortales conterant, gemmarum pictura tam multiplex, lapidum tam discolores maculae, interque eos candor alicuius praeter lucem omnia excludens, medicatorum fontium vis, ignium tot locis emicantium perpetua tot saeculis incendia, spiritus letales aut ¹ scrobibus emissi aut ipso loci situ, mortiferi alibi volucris tantum, ut

208 Soracte vicino urbi tractu, alibi praeter hominem ceteris animantibus, nonnumquam et homini, ut in Sinuessano agro et Puteolano, quae spiracula vocant, alii Charonea, scrobes mortiferum spiritum exhalantes, item in Hirpinis Ampsancti ad Mephitis aedem locum quem qui intravere moriuntur, simili modo Hierapoli in Asia Matris tantum Magnae sacerdoti innoxium; alibi fatidici specus, quorum exhalatione temulenti futura praecinant, ut Delphis nobilissimo oraculo. Quibus in rebus quid possit aliud causae adferre mortalium quispiam quam diffusae per omne naturae subinde aliter atque aliter numen erumpens?

209 XCVI. Quaedam vero terrae ad ingressus tremunt, sicut in Gabiensi agro non procul urbe Roma iugera ferme ducenta equitantium cursu, similiter in Reatino. quaedam insulae semper fluctuantur, sicut in agro Caecubo et eodem Reatino, Mutinensi, Statoniensi, in Vadimonis lacu, ad Cutilias aquas

¹ *Rackham*: alibi aut.

^a Phengitis, described XXXVI 163 as translucent but not transparent.

and so great is the consumption of luxury and of the multitudes of mankind; such a variety of patterned gems, such many-coloured markings in stones, and among them the brilliance of a certain stone ^a that only allows actual daylight to penetrate through it; the profusion of medicinal springs; the flames of fire flickering up in so many places, unceasing for so many centuries; the lethal breaths either emitted from chasms or due to the mere formation of the ground, in some places fatal only to birds, as in the region of Soracte near Rome, in others to all living creatures except man, and sometimes to man also, as in the territory of Sinuessa and of Pozzuoli—the places called breathing holes, or by other people jaws of hell—ditches that exhale a deadly breath; also the place near the Temple of Mephitis at Ampsanetus in the Hirpinian district, on entering which people die; likewise the hole at Hierapolis in Asia, harmless only to the priest of the Great Mother; elsewhere prophetic caves, those intoxicated by whose exhalations foretell the future, as at the very famous oracle at Delphi. In these matters what other explanation could any mortal man adduce save that they are caused by the divine power of that nature which is diffused throughout the universe, repeatedly bursting out in different ways?

XCVI. In some places, the earth trembles when trodden on—for instance in the Gabii district not far from the city of Rome about 200 acres shake when horsemen gallop over them, and similarly in the Reate district. Certain islands are always afloat, as in the districts of Caecubum and of Reate mentioned above and Modena and Statonium, and in Lake Vadimo, the dense wood near the springs of

Earth tremors.

Floating islands.

opaca silva quae numquam die ac nocte eodem loco visitur, in Lydia quae vocantur Calaminae non ventis solum sed etiam contis quo libeat impulsae, multorum civium Mithridatico bello salus. sunt et in Nymphaeo parvae, Saliarum dictae, quoniam in symphoniae cantu ad ictus modulantium pedum moventur. in Tarquiniensi lacu magno Italiae duae nemora circumferunt, nunc triquetram figuram edentes nunc rotundam complexu ventis impellentibus, quadratam numquam.

- 210 XCVII. Celebre fanum habet Veneris Paphos, in cuius quandam aream non impluit, item in Nea, oppido Troadis, circa simulacrum Minervae, in eodem
 211 et relicta sacrificia non putrescunt. XCVIII. iuxta Harpasa oppidum Asiae cautes stat horrenda uno digito mobilis, eadem, si toto corpore impellatur, resistens. in Taurorum paeninsula in civitate Parasino terra est qua sanantur omnia vulnera. at circa Asson Troadis lapis nascitur quo consumuntur omnia corpora; sarcophagus vocatur. duo sunt montes iuxta flumen Indum quorum¹ alteri natura ut ferrum omne teneat, alteri ut respuat; itaque si sint clavi in calciamento, vestigia avelli in altero non posse, in altero sisti. Locris et Crotone pestilentiam numquam fuisse nec ullo terrae motu laboratum adnotatum est, in Lycia vero semper a terrae motu quadraginta

¹ quorum *add. Rackham.*

• A promontory in Illyria.

Cutilia which is never to be seen in the same place by day and by night, the islands in Lydia named the Reed Islands which are not only driven by the winds, but can be punted in any direction at pleasure with poles, and so served to rescue a number of the citizens in the Mithridatic war. There are also small islands at Nymphaeum ^a called the Dancing Islands, because they move to the foot-beats of persons keeping time with the chanting of a choral song. On the great lake of Tarquini in Italy two islands float about carrying woods, their outline as the winds drive them forward now forming the shape of a triangle and now of a circle, but never a square.

XCVII. Paphos possesses a famous shrine of Venus on a certain court in which rain does not fall, and the same in the case round an image of Minerva at the town of Nea in the Troad; in the same town also sacrifices left over do not go bad. XCVIII. Near the town of Harpasa in Asia stands a jagged rock that can be moved with one finger, but that also resists a push made with the whole body. On the peninsula of Tauri in the state of Parasinum there is some earth which heals all wounds. But in the neighbourhood of Assos in the Troad a stone is produced that causes all bodies to waste away; it is called the Flesh-eater. There are two mountains near the river Indus, the nature of one of which is to hold all iron and that of the other to reject it; consequently if a man has nails in his shoes, on one of the mountains at each step he is unable to tear his foot away from the ground and on the other he cannot set it down on the ground. It is recorded that at Locri and Croton there has never been a plague or earthquake, and that in Lycia an earth-

*Local earth
marvels.*

dies serenos esse. in agro Arpano frumentum satum non nascitur, ad aras Mucias in Veiente et apud Tusculanum et in silva Ciminia loca sunt in quibus in terram depacta non extrahuntur. in Crustumino natum faenum ibi noxium, extra salubre est.

- 212 XCIX. Et de aquarum natura complura dicta sunt. sed aestus maris accedere et reciprocare maxime mirum, pluribus quidem modis, verum causa in sole lunaque. bis inter duos exortus lunae adfluunt bisque remeant vicenis quaternisque semper horis, et primum attollente se cum ea mundo intumescentes, mox a meridiano caeli fastigio vergente in occasum residentes, rursusque ab occasu sub terra¹ ad caeli ima et meridiano contraria accedente inundantes, hinc donec iterum exoriat se resorbentes;
- 213 nec umquam eodem tempore quo pridie reflui, velut² anhelantes³ sidere avido trahente secum haustu maria et adsidue aliunde quam pridie exoriente; paribus tamen intervallis reciproci senisque semper horis, non cuiusque diei aut noctis aut loci sed aequinoctialibus, ideoque inaequales vulgarium horarum spatio utcumque plures in eos aut diei aut noctis illarum mensurae cadunt, et aequinoctio tantum pares ubique. ingens argumentum plenumque lucis, ac vocis etiam diuinæ, hebetes esse qui negent suptermeare sidera ac rursus eadem exurgere, similemque terris, immo vero naturae uni-

¹ *Detlefsen*: subter.

² *Rueck*: reflui ut.

³ *Mayhoff* (cf. *Mela* III 2): ancillantes.

^a The Roman hour was a twelfth part of actual daytime or night-time, thus varying in length throughout the year; and only at the equinox was a diurnal hour equal to a nocturnal hour, an exact twenty-fourth of day and night.

quake is always followed by forty days' fine weather. Corn sown in the Arpi district does not come up, and at Mucian Altars in the district of Veii and at Tusculum and in the Ciminian Forest there are places where stakes driven into the ground cannot be pulled out. Hay grown in the Crustumium district is noxious on the spot but healthy when conveyed elsewhere.

XCIX. About the nature of bodies of water a *Tides, theories* great deal has been said. But the rise and fall of *of.* the tides of the sea is extremely mysterious, at all events in its irregularity; however the cause lies in the sun and moon. Between two risings of the moon there are two high and two low tides every 24 hours, the tide first swelling as the world moves upward with the moon, then falling as it slopes from the mid-day summit of the sky towards sunset, and again coming in as after sunset the world goes below the earth to the lowest parts of the heaven and approaches the regions opposite to the meridian, and from that point sucking back until it rises again; and never flowing back at the same time as the day before, just as if gasping for breath as the greedy star draws the seas with it at a draught and constantly rises from another point than the day before; yet returning at equal intervals and in every six hours, not of each day or night or place but equinoctial hours, so that the tidal periods are not equal by the space of ordinary hours whenever the tides occupy larger measures of either diurnal or nocturnal hours, and only equal everywhere at the equinox.^a It is a vast and illuminating proof, and one of even divine utterance, that those are dull of wit who deny that the same stars pass below the earth and rise up again, and that they present a similar appearance to the

versae, exinde¹ faciem in iisdem ortus occasusque operibus, non aliter sub terra manifesto sideris cursu aliove effectu quam cum praeter oculos nostros feratur.

215 Multiplex etiamnum lunaris differentia, primumque septenis diebus: quippe modici a nova ad dividuam aestus pleniore ab ea exundant plenaque maxime fervent; inde mitescunt, pares ad septimam primis, iterumque alio latere dividua augentur, in coitu solis pares plenae. eadem in² aquilonia et a terris longius recedente mitiores quam cum in austros digressa propiore nisu vim suam exercet. per octonos quosque annos ad principia motus et paria incrementa centesimo lunae revocantur ambitu. augent³ ea cuncta solis annuis causis, duobus aequinoctiis maxime tumentes et autumnali amplius quam verno, inanes vero
216 bruma et magis solstitio. nec tamen in ipsis quos dixi temporum articulis, sed paucis post diebus, sicuti neque in plena aut novissima sed postea, nec statim ut lunam mundus ostendat occultetve aut media plaga declinet verum fere duabus horis aequinoctialibus serius, tardiore semper ad terras omnium quae geruntur in caelo effectu cadente quam visu, sicuti fulguris et tonitrus et fulminum.

¹ *v.l.* et inde: ostendi? *Campbell.*

² *v.l. cm.* in.

³ *Mayhoff*: augent.

lands and indeed to the whole of nature in the same processes of rising and setting, the course or other operation of a star being manifest beneath the earth in just the same way as when it is travelling past our eyes.

Moreover, the lunar difference is manifold, and to begin with, its period is seven days: inasmuch as the tides, which are moderate from new moon to half-moon, therefrom rise higher and at full moon are at their maximum; after that they relax, at the seventh day being equal to what they were at first; and they increase again when the moon divides on the other side, at the union of the moon with the sun being equal to what they were at full moon. When the moon is northward and retiring further from the earth the tides are gentler than when she has swerved towards the south and exerts her force at a nearer angle. At every eighth year the tides are brought back at the hundredth circuit of the moon to the beginnings of their motion and to corresponding stages of increase. They make all these increases owing to the yearly influences of the sun, swelling most at the two equinoxes and more at the autumn than the spring one, but empty at mid-winter and more so at midsummer. Nevertheless this does not occur at the exact points of time I have specified, but a few days after, just as it is not at full or new moon but afterwards, and not immediately when the world shows or hides the moon or slopes it in the middle quarter, but about two equinoctial hours later, the effect of all the occurrences in the sky reaching the earth more slowly than the sight of them, as is the case with lightning, thunder and thunder-bolts.

*Tides and
lunar
periods.*

PLINY: NATURAL HISTORY

- 217 Omnes autem aestus in oceano maiora integunt spatia nudantque quam in reliquo mari, sive quia motum universitate animosius quam parte est, sive quia magnitudo aperta sideris vim laxe grassantis efficacius sentit, eandem angustiiis arcentibus, qua de causa nec lacus nec amnes similiter moventur. (octogenis cubitis supra Britanniam intumescere aestus Pytheas Massiliensis auctor est). et interiora
- 218 autem maria terris clauduntur ut in ¹ portu; quibusdam tamen in locis spatiosior laxitas dicioni paret, utpote cum plura exempla sint in tranquillo mari nulloque velorum pulsu tertio die ex Italia pervectorum Uticam aestu fervente. circa litora autem magis quam in alto deprehenduntur hi motus, quoniam et in corpore extrema pulsum venarum, id est spiritus, magis sentiunt. in plerisque tamen aestuaris propter dispares siderum in quoque tractu exortus diversi existunt aestus tempore, non ratione, discordes, sicut in Syrtibus.
- 219 C. Et quorundam tamen privata natura est, velut Tauromenitani euripi saepius et in Euboea septies die ac nocte reciprocantis. idem aestus triduo in mense consistit, septima octava nonaque luna. Gadibus qui est delubro Herculis proximus fons inclusus ad putei modum alias simul cum oceano augetur minuiturque, alias utrumque contrariis temporibus; eodem in loco alter oceani motibus

¹ in *add. Mayhoff.*

^a I.e. the moon.

^b I.e. the Straits of Messina.

But all the tides cover and lay bare greater spaces in the ocean than in the rest of the sea, whether because it is more furious when moved in its entirety than when in part, or because the open extent feels the force of the star^a when it marches untrammelled with more effect, whereas narrow spaces hinder the force, which is the reason why neither lakes nor rivers have tides like the ocean (Pytheas of Marseilles states that north of Britain the tides rise 120 ft.) But also the more inland seas are shut in by land like the water in a harbour; yet a more untrammelled expanse is subject to the tidal sway, inasmuch as there are several instances of people making the crossing from Italy to Utica in two days in a calm sea and with no wind in the sails when a strong tide was running. But these motions are observed more round the coasts than in the deep sea, since in the body too the extremities are more sensitive to the pulse of the veins, that is of the breath. But in most estuaries owing to the different risings of the stars in each region the tides occur irregularly, varying in time though not in method, as for instance in the Syrtes.

C. And nevertheless some tides have a special nature, for instance the channel at Taormina^b that ebbs and flows more frequently, and the one at Euboea that has seven tides in twenty-four hours. The tide at Euboea stops three times a month, on the seventh, eighth and ninth day after the new moon. At Cadiz the spring nearest the shrine of Hercules, which is enclosed like a well, sometimes rises and sinks with the ocean and sometimes does both at the contrary periods; a second spring in the same place agrees with the motions of the ocean.

*Ocean tides
higher than
those of in-
land seas.*

*Exceptional
local tides.*

PLINY: NATURAL HISTORY

consentit. in ripa Baetis oppidum est cuius putei crescente aestu minuuntur, augescunt decedente, mediis temporum immobiles. eadem natura Hispali in ipso oppido¹ uni puteo, ceteris vulgaris. et Pontus semper extra meat in Propontidem, introrsus in Pontum numquam refluxo mari.

220 CI. Omnia pleno fluctu² maria purgantur, quaedam et stato tempore. circa Messanam et Mylas fimo similia expuuntur in litus purgamenta, unde fabula est Solis boves ibi stabulari. his addit (ut nihil quod equidem noverim praeteream) Aristoteles nullum animal nisi aestu recedente expirare. Observatum id multum in Gallico oceano et dumtaxat in homine compertum.

221 CII. Quo vera coniectatio existit haut frustra spiritus sidus lunam³ existimari, hoc esse quod terras saturet, accedensque corpora impleat, abscedens inaniat; ideo cum incremento eius augeri conchyliam, et maxime spiritum sentire quibus sanguis non sit, sed et sanguinem hominum etiam cum lumine eius augeri ac minui, frondes quoque ac pabula (ut suo loco dicetur) sentire, in omnia eadem penetrante vi.

222 CIII. Itaque solis ardore siccatur liquor, et hoc esse masculum sidus accepimus, torrens cuncta sorbensque; sic mari late patenti saporem incoqui salis, aut

¹ *Rackham*: Hispali (*v.ll.* in ipsote, in Hispali) oppido.

² *Mayhoff*: pleni unio.

³ spiritum sidus lunae *edd. vett.*

^a Or, emending the text, 'the moon's star is believed to be breath.'

^b XVIII. 321 ff.

There is a town on the banks of the Guadalquivir whose wells sink when the tide rises and rise when it falls, remaining stationary in the intervening periods. At Seville there is one well in the actual town that has the same nature, though all the others are as usual. The Black Sea always flows out into the Sea of Marmora—the tide never sets inward into the Black Sea.

CI. All seas excrete refuse at high tide, some also periodically. In the neighbourhood of Messina and Mylae scum resembling dung is spat out on to the shore, which is the origin of the story that this is the place where the Oxen of the Sun are stalled. To this (so that I may leave out nothing that is within my knowledge) Aristotle adds that no animal dies except when the tide is ebbing. This has been widely noticed in the Gallic Ocean, and has been found to hold good at all events in the case of man. *Tidal refuse.*

CII. This is the source of the true conjecture that the moon is rightly believed to be the star of the breath,^a and that it is this star that saturates the earth and fills bodies by its approach and empties them by its departure; and that consequently shells increase in size as the moon waxes, and that its breath is specially felt by bloodless creatures, but also the blood even of human beings increases and diminishes with its light; and that also leaves and herbage (as will be stated in the proper place ^b) are sensitive to it, the same force penetrating into all things. *Lunar influence.*

CIII. Consequently liquid is dried by the heat of the sun, and we are taught that this is the male star, which scorches and sucks up everything; and that in this way the flavour of salt is boiled into the *Effects of sunlight.*

PLINY: NATURAL HISTORY

quia exhausto inde dulci tenuique, quod facillime trahat vis ignea, omne asperius crassiusque linquatur (ideo summa aequorum aqua dulciorem profundam,¹ hanc esse veriorem causam asperi saporis quam quod mare terrae sudor sit aeternus), aut quia plurimus ex arido misceatur illi vapor, aut quia terrae natura sicut medicatas aquas inficiat. est in exemplis Dionysio Siciliae tyranno, cum pulsus est ea potentia, accidisse prodigium ut uno die in portu dulcesceret mare.

223 CIV. E contrario ferunt lunae feminineum ac molle sidus, atque nocturnum solvere umorem et trahere, non auferre. id manifestum esse quod ferarum occisa corpora in tabem visu suo resolvat, somnoque sopitis torporem contractum in caput revocet, glaciem refundat, cunctaque unifico spiritu laxet: ita pensari naturae vices semperque sufficere, aliis siderum elementa cogentibus, aliis vero fundentibus. sed in dulcibus aquis lunae alimentum esse sicut in marinis solis.

224 CV. Altissimum mare XV stadiorum Fabianus tradit. alii in Ponto ex adverso Coraxorum gentis (vocant *βαθία* Ponti) trecentis fere a continenti stadiis immensam altitudinem maris tradunt, vadis

¹ *v.l.* summam . . . aquam . . . profunda.

wide expanse of the sea, either because the sweet and liquid, which is easily attracted by fiery force, is drawn out of it, but all the harsher and denser portion is left (this being why in a calm sea the water at a depth is sweeter than that at the top, this being the truer explanation of its harsh flavour, rather than because the sea is the ceaseless perspiration of the land), or because a great deal of warmth from the dry is mixed with it, or because the nature of the earth stains the waters as if they were drugged. One instance is that when Dionysius the tyrant of Sicily was expelled from that position, he encountered the portent that on one day the sea-water in the harbour became fresh water.

CIV. The moon on the contrary is said to be a *Effects of moonlight* feminine and soft star, and to disengage moisture at night and attract, not remove it. The proof given for this is that the moon by her aspect melts the bodies of wild animals that have been killed and causes them to putrefy, and that when people are fast asleep she recalls the torpor and collects it into the head, and thaws ice, and unstiffens everything with moistening breath: thus (it is said) nature's alternations are held in balance, and there is always a supply, some of the stars drawing the elements together while others scatter them. But the nutriment of the moon is stated to be contained in bodies of fresh water as that of the sun is in seawater.

CV. According to the account of Fabianus, the *Depth of seas.* deepest sea has a depth of nearly two miles. Others report an immense depth of water (called the Black Sea Deeps) off the coast of the Coraxi tribe on the Black Sea, about 37 miles from land, where soundings

PLINY: NATURAL HISTORY

numquam repertis. CVI. Mirabilius id faciunt aquae dulces iuxta mare ut fistulis emicantes. nam nec aquarum natura miraculis cessat. dulces mari invehuntur, leviores haut dubie. ideo et marinae, quarum natura gravior, magis invecta sustinent. quaedam vero et dulces inter se supermeant alias, ut in Fucino lacu invectus amnis,¹ in Lario Addua, in Verbanno Ticinus, in Benaco Mincius, in Sebinno Ollius, in Lemanno Rhodanus, hic trans Alpes, superiores in Italia, multorum milium transitu hospitali suas tantum nec largiores quam intulere aquas evehentes. proditum hoc et in Oronte amne

225 Syriae multisque aliis. quidam vero odio maris ipsa subeunt vada, sicut Arethusa, fons Syracusanus in quo redduntur iacta in Alpheum qui per Olympiam fluens Peloponnesiaco litori infunditur. subeunt terras rursusque redduntur Lycus in Asia, Erasinus in Argolica, Tigris in Mesopotamia; et quae in Aesculapi fonte Athenis mersa sunt in Phalerico redduntur. et in Atinate campo fluvius mersus post XX milia passuum exit, et in Aquileiensi Timavus.

226 Nihil in Asphaltite Iudaeae lacu qui bitumen gignit mergi potest, nec in Armeniae maioris Aretissa; is quidem nitrosus pisces alit. in Salentino iuxta

¹ <Pitonus> amnis *ex* XXXI. 41 *Mayhoff*.

have never reached bottom. CVI. This is rendered more remarkable by springs of fresh water bubbling out as if from pipes on the seashore. In fact the nature of water also is not deficient in marvels. Patches of fresh water float on the surface of the sea, being doubtless lighter. Consequently also sea-water being of a heavier nature gives more support to objects floating upon it. But some fresh waters too float on the surface of others; cases are the river carried on the surface of Lake Fucino, the Adde on the Lake of Como, the Ticino on Maggiore, the Mincio on Garda, the Ollio on Lago d'Iseo, the Rhone on the Lake of Geneva (the last north of the Alps, but all the rest in Italy), after a passing visit that covers many miles carrying out their own waters only and no larger quantity than they introduced. This has also been stated in the case of the river Orontes in Syria and many others. But some rivers so hate the sea that they actually flow underneath the bottom of it, for instance the spring Arethusa at Syracuse, in which things emerge that have been thrown into the Alpheus which flows through Olympia and reaches the coast in the Peloponnese. Instances of rivers that flow under ground and come to the surface again are the Lycus in Asia, the Erasinus in the Argolid and the Tigris in Mesopotamia; and objects thrown into the Spring of Aesculapius at Athens are given back again in Phaleron Harbour. Also a river that goes underground in the Plain of Atinas comes out 20 miles further on, as also does the Timavus in the district of Aquileia. In Lake Asphaltis in Judaea, which produces bitumen, nothing can sink, and also in the Aretissa in Greater Armenia; the latter indeed is a nitrous lake that supports fish. A lake near the town

*Remarkable
properties of
rivers.*

PLINY: NATURAL HISTORY

oppidum Manduriam lacus ad margines plenus neque exhaustis aquis minuitur neque infusis augetur. in Ciconum flumine et in Piceno lacu Velino lignum deiectum lapideo cortice obducitur, et in Surio Colchidis flumine adeo ut lapidem plerumque durans adhuc integat cortex. Similiter in flumine Silero ultra Surrentum non virgulta modo immersa verum et folia lapidescunt, alias salubri potu eius aquae. in exitu paludis Reatinae saxum crescit et in rubro mari oleae virentesque frutices enascuntur.

- 227 Sed fontium plurimorum natura miro¹ est fervore, idque etiam in iugis Alpium, ipsoque in mari, ut inter Italiam et Aenariam in² Baiano sinu et in Liri fluvio multisque aliis. nam dulcis haustus in mari plurimis locis, ut ad Chelidonias insulas et Aradum et in Gaditano oceano. Patavinorum aquis calidis herbae virentes innascuntur, Pisanorum ranae, ad Vetulonios in Etruria non procul a mari pisces. In Casinate fluvius appellatur Scatebra, frigidus, abundantior aestate; in eo ut in Arcadiae³ Stymphali nascuntur aquatiles muscoli. in Dodone Iovis fons cum sit gelidus et immersas faces extinguat, si extinctae admoveantur accendit. idem meridie semper deficit, qua de causa ἀναπνόμενον vocant; mox increscens ad medium noctis exuberat, ab eo rursus sensim deficit. in Illyricis supra fontem frigidum expansae

¹ *Rackham*: mira. ² *Mayhoff*: ut in aut et in.

³ *v.l.* Arcadia.

^a In Thrace.

^b In the Sabine region from which the people of Picenum originally came, cf. III xviii.

^c I.e. the petrified bark remains the surface of the log.

of Manduria in the Salentine district is full to the brim, and is not reduced when water is drawn out of it nor increased when water is poured into it. In the river of the Cicones ^a and in the Veline Lake of Picenum,^b wood thrown into the water gets covered with a film of stone, and in the river Surlus in Colchis this goes so far that the stone in most cases is covered with bark still lasting.^c Similarly in the Sele beyond Sorrento not only twigs but also leaves immersed in the river become petrified, though apart from this its water is healthy to drink. Rock forms in the outlet of the marsh at Rieti, and olive trees and green bushes grow in the Red Sea.

But the nature of a great many springs is of remarkably high temperature, and this is found even on the ridges of the Alps, and actually in the sea, for instance in the Gulf of Baiæ between Italy and the Island of Ischia, and in the river Garigliano and many others. In fact fresh water may be drawn from the sea in a great many places, as at the Swallow Islands and at Aradus and in the Gulf of Cadiz. Green grass grows in the hot springs of Padua, frogs in those of Pisa, fishes at Vetulonia in Tuscany near the sea. A river in the district of Casino called the Bubbling Water is cold, and is fuller in summer; water voles are born in it, as they are in the Stymphalis of Arcadia. The Fountain of Jupiter at Dodona, though it is cold and puts out torches dipped in it, sets them alight if they are brought near to it when they are out. The same spring always stops flowing at noon, on account of which it is called the Wait-a-bit; later it rises again and towards midnight flows abundantly, thereafter gradually ceasing again. A cold spring in Illyria sets fire to clothes spread out

*Remarkable
springs.*

PLINY: NATURAL HISTORY

- vestis accenduntur. Iovis Hammonis stagnum interdium frigidum noctibus fervet. in Trogodytis fons Solis appellatur dulcis et circa meridiem maxime frigidus; mox paulatim tepescens ad noctis media
- 229 fervore et amaritudine infestatur. Padi fons mediis diebus aestivis velut interquiescens semper aret. in Tenedo insula fons semper a tertia noctis hora in sextam ab aestivo solstitio exundat, et in Delo insula Inopus fons eodem quo Nilus modo ac pariter cum eo decrescit augeturve. contra Timavom amnem insula parva in mari est cum fontibus calidis, qui pariter cum aestu maris crescunt minuunturque. in agro Pitinate trans Appenninum fluvius Novanus
- 230 omnibus solstitiis torrens bruma siccatur. in Falisco omnis aqua pota candidos boves facit. in Boeotia amnis Melas oves nigras, Cephisus ex eodem lacu profluens albas, rursus nigras Peneus, rufasque iuxta Ilium Xanthus, unde et nomen amni. in Ponto fluvius Astaces inrigat campos in quibus pastae nigro lacte equae gentem alunt. in Reatino fons Neminie appellatus alio atque alio loco exoritur annonae mutationem significans. Brundisi in portu fons incorruptas semper¹ praestat aquas navigantibus. Lyncestis aqua quae vocatur acidula vini modo temulentos facit; item in Paphlagonia et in agro Caleno.
- 231 Andro in insula, templo Liberi patris, fontem nonis Ianuariis semper vini sapore fluere² Mucianus

¹ Brotier : in spira (aut om.) codd.

² v.l. saporem fundere.

* In Campania.

above it. The swamp of Jupiter Ammon is cold by day and hot at night. A spring in the Cave-dwellers' territory called the Fountain of the Sun is sweet and very cold at midday, but then gradually warming, towards the middle of the night it becomes spoilt owing to its heat and bitter taste. The source of the Po always dries up at midday in summer as if taking a siesta. A spring on the Island of Tenedos after midsummer always overflows from 9 to 12 p.m.; and the spring Inopus on the island of Delos sinks or rises in the same way as the Nile and at the same times. On a small island in the sea at the mouth of the river Timavus there are hot springs that grow larger and smaller with the rise and fall of the tide. In the Pitino district across the Apennines the river Novanus is always hot at midsummer and dried up at midwinter. In the district of Falerii all the water makes oxen that drink it white. The Blackwater in Boeotia makes sheep black, the Cephissus flowing from the same lake makes them white, the Peneus again makes them black, and the river Xanthus at Ilium red, which gives the river its name. Mares pastured on the plains watered by the river Astaces on the Black Sea suckle their foals with black milk. The spring called Neminie in the district of Reate rises now in one place and now in another, indicating a change in the price of corn. A spring in the harbour at Brindisi always supplies pure water for mariners. The slightly acid spring called Lyncestis makes men tipsy, like wine; the same occurs in Paphlagonia and in the territory of Cales.^a

It is accredited by the Mucianus who was three times consul that the water flowing from a spring in the temple of Father Liber on the island of

ter consul credit; dies¹ Θεοδοσία vocatur. iuxta Nonacrim in Arcadia Styx nec odore differens nec colore epota ilico necat; item in Liberoso Taurorum colle tres fontes sine remedio, sine dolore mortiferi. in Carrinensi Hispaniae agro duo fontes iuxta fluunt, alter omnia respuens, alter absorbens; in eadem gente alius aurei coloris omnes ostendit pisces, nihil extra
 232 illam aquam differentes. in Comensi iuxta Larium lacum fons largus horis singulis semper intumescit ac residit. in Cydonea insula ante Lesbum fons calidus vere tantum fluit. lacus Sannaus in Asia circa nascente absinthio inficitur. Colophone in Apollinis Clari specu lacuna est cuius potu mira redduntur oracula, bibentium brevior vita. amnes retro fluere et nostra vidit aetas Neronis principis supremis, sicut in rebus eius retulimus.

233 Iam omnes fontes aestate quam hieme gelidiores esse quem fallit? sicut illa permira naturae opera: aes ac plumbum in massa mergi, dilatatum fluitare, eiusdemque ponderis alia sidere alia invehī; onera in aqua facilius moveri; Scyrium lapidem quamvis grandem innatare, eundemque comminutum mergi; recentia cadavera ad vadum labi, intumescencia attolli; inania vasa haud facilius quam plena ex-

¹ v.l. Διός.

Andros always has the flavour of wine on January 5th: the day is called God's Gift Day. To drink of the Styx near Nonacris in Arcady causes death on the spot, although the river is not peculiar in smell or colour; similarly three springs on Mount Liberosus in Taurica irremediably but painlessly cause death. In the territory of Carrina in Spain there are two adjacent springs of which one rejects all objects and the other sucks them down; another in the same nation makes all the fish in it look of a golden colour, although except when in that water there is nothing peculiar about them. In the district by the Lake of Como a copious spring always swells up and sinks back again every hour. A hot spring on the island of Cydonea off Lesbos flows only in the springtime. Lake Sannaus in Asia is dyed by the wormwood springing up round it. In the cave of Apollo of Claros at Colophon there is a pool a draught from which causes marvellous oracular utterances to be produced, though the life of the drinkers is shortened. Even our generation has seen rivers flow backward at Nero's last moments, as we have recorded in our history of that Emperor.

